Ἐτι πρὸς τοῦτοις, ὡς ἂν μηδὲ τὸ τοιοῦτον ἔχοιεν λέγειν, ὅτι κατὰ τὰς ποιάς περιχλίσεις τῶν τόπων ἰδιάζουσαι τινες ἄστρον κινήσεις καταλαμβάνονται, καὶ διὰ τοῦτο, οἱ μὲν μητρογαμοῦσιν, οἱ δὲ ξενοτοκῶσι καὶ ἀνθρωποβοροῦσι· τῆς δὲ τῶν ἄστρον τῆς θέσεως ἐκείνοις ἰδιάζόντως ἐπιπτεούσης, εἰ καὶ παντάπασιν τῶν ἀπαιδύτων καὶ τῆς τῶν ὄντων θεωρίας ἀνεπισκέπτων ὁ τοιοῦτος λόγος ἐστὶ, τῶν οἰομένων ὅτι κατὰ τὰς ποιάς τῆς γῆς περιγραφῆς καὶ ἡ ἀνωθεν αὐτοῖς λήξις ἐπιτυπούται· οὕτω γὰρ ἂν εὐρεθείη τὰ γῆνα τῶν οὐρανίων ἀρχηγιώτερα, εἰ κατὰ ταῦτα νομίζοιτο κάκεῖνα ἔχειν· ὁμοίως καὶ τοῦτο προσθήσομεν πρὸς ἑλεγχον τῆς ἡπατημένης αὐτῶν ὑπολήψεως· Πάντα σχεδὸν τὰ μέρη τῆς γῆς τὸ τῶν Ἰουδαίων ἐπενεμῆθη γένος, ἀνατολικοὶ, νότιοι, μεσογεῶται, δυτικοὶ, προσαρτικοὶ, πάντα σχεδὸν τὰ ἔθνη μέμικται πρὸς τὴν τῶν Ἰουδαίων συνοίκησιν. Πῶς τοίνυν οὐδεμία τῶν ἄστρον ἀνάγκη ἐπ' οὐδενὸς αὐτῶν ἰσχυρῆς τινὶ τῶν ἐκ τοῦ ἔθνους χαρισσῆται τὸ ἀλώθητον, ἀλλ' ἐν ταῖς μυριοτρόποις τῶν ἄστρον ἐπιπλοκαῖς, ὡς περ ἂν συνεχῆσθαι τὸ τιχτόμενον, ἐν τῷ ὁμοίῳ πάντως ἐστὶ, κατὰ τὴν τεταγμένην τῶν ἡμερῶν περίοδον ὑπομενούσης τὴν λῶθην τῆς φύσεως; Ὅ δὲ, ταῦτα μὲν οὕτω, φησὶν, ἐξήτασται παρ' ἡμῖν, τίνι λόγῳ διαφεύγει τὴν ἐκ τῶν ἄστρον ἀνάγκη τὰ νόμοις κεκατημένα παρὰ πολλοῖς τῶν ἐθνῶν· ἢ μὲντοι κρήβητις τῶν ἀποθησομένων, οὐκ ἂν μικρὸν εἰς ἀπὸδειξιν νομισθείη, τοῦ ἀπαράδατος ἔχειν τὰ μοιραζόμενα ἐκάστῳ. Πῶς γὰρ ὁ δεινὰ, τόνδε τὸν ἀρθμὸν τῶν ἐτῶν βιστεύσειν, καὶ τοιαῖοδε συντυχίας κατὰ τὸν βίον συνεχῆσθαι προμαθῶν, ὡς διεφύεσθαι, εἰ μὴ τις ἀνάγκη κατὰ τὸ ἀπαράδατον ἐκείνῳ τε ταῦτα γενέσθαι πάντως ἐπέκλωσε, τῷ τε προαγορευόντι διὰ τῆς ποιάς τῶν κατὰ τὸν ἀριθμὸν πρᾶγμαζόμενων παρατηρήσεως δῆλον ἐποίησεν; Ἐγὼ δὲ κοεῖτο μὲν ἔφην ἐν τοῖς τοιοῦτοις δοκεῖν ἀγνοεῖν, ἢ γέλωτος ἀφορμὴν παρασχεῖν τοῖς ἀμαθεστέροις τῶν ἡμετέρων δογμάτων· πλην ἀλλὰ μικρὰ φροντί-

quidpiam terræ accidit, atque ejusmodi aliquæ calamitates inde oriuntur, etiam incolis ruina obrutis: quid dicent, qui fatum adorant, et astrorum motum rebus præesse opinantur? qui sit ut occidat infans, adolescens, vir, pater, senex, nobilis, patricius, mercenarius, vinculus? cur neque tempus nascendi, neque discrimen dignitatis ullum prohibet, quo minus pari calamitate involvantur? Adhæc quis ignorat extremum malum esse, corpus cum filia commiscere, violare matrem? quod si quoad sortis necessitate fieret, utique apud nos quoque fieret: nunc autem apud solos Persas, et qui illorum edocti sunt instituta, flagitium hoc perpetratur. Ex quo planum sit, sortem ac fatum esse cujusque voluntatem pro arbitrio quodlibet amplectentem.

Præterea ne quid tale possint dicere, in certis locis proprias quasdam astrorum motiones reperiri, atque ideo alios matres ducere in matrimonium, alios occidere hospites, et humanas vorare carnes, quod certus quidam astrorum situs vim suam in illos privatim exerceat: tametsi hæc prorsus indoctorum hominum sit oratio, neque rerum contemplationi deditorum, sed existimantium certa terræ spatia certis portionibus superis circumscribi (sic autem terrestria forent potiora cælestibus, siquidem horum constitutio ex illorum conditione penderet), tamen hoc quoque argumentum adjiciam, quo magis illorum falsa refutetur opinio, omnes propemodum terræ partes a gente Judæorum fuisse habitatas, orientales, australes, mediterraneas, occidentales, septentrionales, gentes denique ferme omnes promiscue cum Judæis habitasse. Quid ergo causæ erat, cur nulla siderum necessitas in ullo eorum valuerit, ut quempiam gentilem præstaret indemnem, sed quamvis sint infinitæ conjunctiones astrorum diversæ, qualis quælibet forte fortuna natus est, talis semper esset, ac præfinitis diebus damnum natura ejus faceret? Hoc loco ille, Nondum ista quidem, inquit, apud nos explorata sunt, qua ratione res apud multas gentes legibus constitutæ imminens ex astris fatum evitent: futurorum tamen prædictio magno argumento fuerit, fatum cujusque esse inevitabile. Quomodo enim quispiam non falso prævideret, quot annos hic aut ille sit victurus, quæque ei sint eventura, nisi aliqua necessitas et illi hæc ita futura decrevisset, ut non possint non fieri, et prænuntianti per certam numerorum observationem palam fecisset? Ego vero satius esse aiebam, me rerum hujuscemodi ignarum videri, quam nostrorum dogmatum rudiioribus ansam præbere risus; verum tamen neglectis quæ ridicule nobis objicerentur, quam possem paucissimis omnem earum rerum causam complexurum. Est, inquam, hominum

generi natura hostis, vis quædam bonæ naturæ adversaria. Cujus rei sexcenta eaque evidentiâ afferri possunt argumenta, sed non arbitror necessarium esse in præsentî persequi ordine omnia quibus fidem facere queam. Cum ergo divinæ naturæ quodvis bonum sive cogitatum sive nominatum conveniat, a qua proficiscitur vita, lux, veritas, justitia, sapientia, immortalitas, et quidquid boni benevolus animus potest concipere: cum, inquam, talis sit divina natura, ac talia largiatur, adversariam quamdam vim cuius bono oppositam esse, omni ex genere colligimus. Quæ proinde loco vitæ mortem, loco veritatis fraudem, loco cuiuslibet boni oppositum malum hominibus irrogat: quippe cui id gratum sit, quod naturæ humanæ exitiosum. Sed quemadmodum qui veneficia exercent, letale pharmacum melle reddunt dulce, non eo animo ut comedentis gustatum oblectent, sed ne letale esse sentiatur: sic mortifera illa natura, cum in animo habeat, hominem inducere, ut a bona natura desciscat, bonarum rerum formas induit, ac fraudes tegit: ut miseri mortales ad id intenti, idque bonum esse rati, illius quod natura bonum est, desiderio ne teneantur. Quomodo autem accidit, ut quis per fraudem aliquam se futuri quidpiam profiteatur prædicturum: sic et fraudulentî dæmones faciunt in jecoris contemplatione, in auguriis, in ominibus, in manium evocatione, in vaticiniis ex natali petitis, cum quodlibet horum non eodem sed diverso modo futurum præsignificet. Itaque ut qui ex inspecto jecore, aut ex omine quopiam conjectat, aut ex aspectu volantis avis, non per fati necessitatem ea se prædicere pollicetur: ita cum hujusce vaticinationis sit unica causa, fraus videlicet et opera dæmonum, quoniam aliquid prænuntiatum aliquando perfectum est (si tamen omnino perfectum est), non continuo fati vis demonstratur, quia omne vaticinationis genus habere vim suam ex fato jure diceretur. Sic unum fatum esset somnium, aliud ex palpitatione, aliud ex auguriis, vel ominibus, vel quibusdam symbolis constaret. Quod si in his nihil prohibet quo minus vaticinatio sit sine fato; neque si qui fortuiti eventus cum prædictione consentiant, satis id fuerit ut probetur, non facile talia contingere. Quanquam neque certæ et indubitatæ divinationes sunt eorum, qui eam artem profitentur, sed multa sibi effugia provident, ut si contrarius eventus vanitatis eos coarquat, possint evadere, prolatis rationibus quas præmeditantur. Ex quo efficitur neque scientiam eorum ullam esse, nisi ut in eum qui in hora indicanda erraverit, culpam conferant erroris, sicque prædictiones ambigue et in utramque partem paratas instituant, ut quidquid evenerit, id prædictum esse videatur. Sæpe enim eximium quid et supra alios eventurum alicui prædixit is qui horam natiuitatis consideravit: deinde autem cum ille in extrema mala ac calamitates non vulgares inciderit, non se aberrasse a prædictione affirmavit vates;

σας τῶν ἐν γέλωτι τὰ κατ' ἡμᾶς τιθεμένων, δι' ὀλιγῶν, ὡς ἂν οὐδὲν ᾧ, πᾶσαν τὴν περὶ τούτου αἰτίαν ἐκθήσομαι. Ἔστι τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων κατὰ φύσιν πολέμιος δύναμις τις ἐκ τῶν ἐναντιῶν τῇ ἀγαθῇ φύσει γινωσκομένη. Τούτου δὲ μυρίας μὲν ἐστὶ τὰς ἀποδείξεις ἐξ ἐναργῶν παραστήσαι πραγμάτων. Οὐ μὴ ἀναγκαῖον ἡγοῦμαι τῷ παρόντι καιρῷ πάντα κατὰ τὸ ἀκλόουθον διεξιέναι, δι' ὧν ταῦτα οὕτως ἔχειν πεπιστευται. Τῆς τοίνυν θείας φύσεως ἐν παντὶ ἀγαθῷ νοημάτι τε καὶ ὀνόματι θεωρουμένης, παρ' ἧς ἡ ζωὴ, τὸ φῶς, ἡ ἀλήθεια, τὸ δίκαιόν τε καὶ σοφόν, καὶ ἀφθαρτόν, καὶ πᾶν ὃ τί περ ἐστὶ κατ' ἐννοιαν λαβεῖν ἀγαθόν, τοῦτο οὕτως καὶ τοῦτο χαρίζομένης, ἡ ἐκ τῶν ἐναντιῶν γνωριζομένη δύναμις ἐκ πόντων κατὰ τὸ ἀντικείμενον ἐκάστῳ τῶν ἀγαθῶν θεωρουμένων καταλαμβάνεται. Ὡστε ἀντὶ μὲν ζωῆς, θάνατον, ἀντὶ δὲ ἀληθείας, ἀπάτην, καὶ ἀνθ' ἐκάστου τῶν βελτιόων, τὴν ἀντιδιαστελλομένην κακίαν παρ' αὐτοῖς τοῖς ἀνθρώποις ἐπάγειν· εἶναι γὰρ αὕτη τοῦτο φίλον, ὅπερ ἂν τῇ φύσει τοῖς ἀνθρώποις ἐπ' ὀλέθρῳ γίνεταί. Ὡσπερ δὲ οἱ διὰ τῶν δηλητηρίων κακοποιῶντες, πολλάκις καὶ μέλιτι τὸ φθειρὸν ἐφρηδύνουσι φάρμακον, οὐκ εὐφράναι τῇ γεύσει τὸν βλαπτόμενον σπουδῆ ποιούμενοι, ἀλλ' ἐκκλέπει τὴν τῷ φθειρόντος ἀσθησίν· οὕτω καὶ ἡ φθοροποιὸς αὕτη φύσις, σκοπῶν ἔχουσα τῆς ἀγαθῆς φύσεως ἀποστήσαι τὸν ἀνθρώπον, ἀγαθῶν τιμῶν πραγμάτων μορφᾶς ὑπόδεται προβῆσαι τίσι καὶ λατρείαις τὸν ἐγκεχυμένον τῆς ἀπάτης λόγον ἐπικαλύπτουσα· ὡς ἂν τοῦτ' προσέχοντες τὸ δελταῖον τῶν ἀνθρώπων γένος, τοῦτό τι νομίζοντες ἀγαθὸν εἶναι, τοῦ δυντὸς κατὰ φύσιν ἀγαθοῦ μηδεμίαν ἔχοιεν ἐπιθυμίαν. Διὰ τοι τοῦτο καθὰ περ ἂν τις προγνώσεως εἶδος διὰ τινος ἀπάτης προειλημμένος τύχη, κατ' ἐκεῖνο καὶ ἡ ἀπατηλὴ τῶν δαιμόνων ὑπέχουσα δύναμις, ἐν ἡπατοσκοπίαις καὶ οἰωνομοῖς, ἐν κληδόσι, ἐν νεκυαῖαις, ἐν γενεθλιαλογίαις ἐκάστου τούτων, [ἀλλ'] οὐ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἀλλὰ διαφόρως τὸ ἐφεξῆς προμηνύοντος. Ὡσπερ τοίνυν ὁ τῷ ἡπατι τὸ μέλλον διασημαίνων, ὁ διὰ τινος κληδόνας προσικάσας τὸ ἐσόμενον, ἢ ὁ πρὸς τὴν πετῆσ τοῦ οἰωνοῦ βλέπων, οὐ τῇ τῆς εἰμαρμένης ἀνάγκῃ τ' οὐδὲν προαγορεύειν καταπαγγέλλεται· τὸν αὐτὸν τρόπον μᾶς οὕσης αἰτίας, καθὼς εἴρηται, τῆς τοιοῦτο τῆς προβῆσεως εἶδος μετιούσης, λέγω τῆς κατὰ τὴν ἀπατηλὴν τῶν δαιμόνων ἐνέργειας οὐκ ἐπειδὴ ποτὲ τι κατὰ τὸ συμβῆν ἐπετέχθη τί ἐρημμένων (εἴπερ δὴ ὅλων μὲν ἐπετέχθη), διὰ τοῦτ' ἡ τῆς εἰμαρμένης ἀποδείκνυται δύναμις, ἐπεὶ περὶ προβῆσεως εἶδος εἰκότως ἂν ἐξ εἰμαρμένης τ' ἰσχύον ἔχειν κατασκευάζοιτο. Ὡστε ἡμῖν μίαν μὲν εἰμαρμένην εἶναι τὸν δνειρον· ἑτέραν δὲ τὴν ἐκ περὶ μῶν παρατήρησιν· ἄλλην δὲ, ἐξ οἰωνοσμῶν, ἢ κληδόνας, ἢ τιμῶν συμβόλων συνισταμένην. Εἰ δὲ οὐκ ἐπ' ἐκείνων κωλύει καὶ πρόβησιν εἶναι καὶ εἰμῶ μὲν μὴ εἶναι· οὐδὲ εἰ τις ἐξ ἀριθμοῦ τοῖς γενεθλιαλογούσιν ἐπετέυχθη πρόβησιν, ἀρκούσα γένοιτο πίστις εἰς τὸ μὴ βραδίως τὰ τοιαῦτα ἐπιτυγχάνεσθαι. Καίτοι γε οὕτε ἀκριβεῖς τε καὶ ἀναμφίβολοι ποτὸν τὰ τοιαῦτα ἐπαγγελλόμενων αἱ προμηνύσεις

ωνται, ἀλλὰ πολλὰς ἑαυτοῖς ἀναχωρήσεις παρα-
 τευάζουσιν ἐπὶ τῇ ἐκθάσει, εἰ πρὸς τὸναντιον ὁ
 λόγος ἐλέγχεται, καὶ τινα προτεχνολογοῦσιν ἑαυτοῖς
 οἷς τούτων μέλει· ὥστε μὴ τῆς ἐπιστήμης τῷ ἐσφαλ-
 μένῳ, ἀλλὰ τῆς κατὰ τὴν ὥραν σημειώσεως τὴν
 ἀποτυχίαν λογίζεσθαι, καὶ λοζαὶ ὡς ἐπίπαν καὶ πρὸς
 τὸ διπλοῦν τῶν ἐκθάσεων ἐπιμφοτερρίζουσαι γίνονται
 παρ' αὐτῶν αἱ προρρήσεις, ἔν' ὅπερ ἂν ἐκθῆ, τοῦτο
 προμεμνησθαι δόξει. Πολλάκις γὰρ τὸ περιφανές τε
 καὶ τὸ ὑπὲρ τοῦς ἄλλους ὁ τὴν ὥραν τῆς γενέσεως
 κατανοήσας ἐμψύσεν. Εἶτα ἐν ἐξαιρέσει τισὶ συμφο-
 ραῖς τοῦτου γεγονότος, οὐδὲν διεσφάλλαι προαγορεύ-
 σας διεσχυρίζετο. Εἶχε γὰρ ὑπὲρ τοῦς ἄλλους τὸ
 πλεον εἰς τὴν τῶν κακῶν μετουσίαν· καὶ τούτων ἡ
 κατ' ἡμᾶς ἱστορία μάρτυς ἐστίν. Οὐάλεντος γὰρ τοῦ
 βασιλέως ἐπὶ τῆς τῶν Ῥωμαίων δυτοῦς ἀρχῆς, ἀπάτη
 B τῆς τοιαύτης πρὸς τὴν ἀνταρσίαν τῆς ἀρχῆς παρεκλί-
 νησε. Καὶ ὁ μὲν ὤρμησεν ἐφέδιον πρὸς τὴν τόλμαν
 τῶν γενεθλιαλογούντων προαγόρευσιν ἔχων· τὸ δὲ
 πέρασ τῆς ἐγχειρήσεως τοιοῦτον ἐγένετο, ὥστε αὐτὸν
 τὸν ἐπὶ ταῖς μεγίσταις ἀρχαῖς γχωρισθέντα, ἐν τῷ
 μεγέθει τῆς συμφορᾶς γενέσθαι διασημότερον· καὶ
 τοῦτο συνεργία τῆς γενεθλιαλογίας τοῖς πολλοῖς
 ἐνομισθῆ, ὅτι τὸ κατὰ συμφορὰν μέγεθος ἀντὶ τοῦ
 μεγέθους τῶν ἀγαθῶν τῷ ἀνδρὶ συνηγήθη. Ἐγὼ δὲ
 ἦ μὲν πεπλανημένας τὰς περὶ τούτων γίνεσθαι προαγορεύσεις, οὐπω μέγα ποιῶμαι τεκμήριον τοῦ μὴ
 ἐστάναι τῆς εἰμαρμένης τὸν λόγον· ἀλλ' ἐπειδὴ πολλαῖς καὶ ἄλλαις ἐπινοίαις ἡ ἀπατηλὴ τῶν δαιμόνων
 δύναμις τὰς προρρήσεις σφίζεται. Καὶ γὰρ καὶ ὕδωρ τι μαντικόν, παραφορὰς καὶ μανίας τοῖς γευσαμένοις
 ἐνεργάζομενον, καὶ πνεῦμα κάτωθεν διὰ τινος στομίου διεξερχόμενον· ὅπερ εἰ ἐν γυναικείοις γένοιτο
 σπλάγγνοις ἐξυδηκέναι· τὴν γαστέρα ἐποίει, καὶ τῆς διανοίας ἐκστασιν, καὶ παραφορὰν τοῦ καθεστηκότος
 εἰργάζετο. Ἄπερ πάντα θεῖά τε καὶ μαντικὰ τοῖς ἀπατωμένοις ἐδόκει, τῶν τε ἐξ ἧπατος ἢ πυρὸς σπ-
 μείους τισὶ τὸ μέλλον προσηκάζοντων, ἢ τῶν πρὸς τὰς πτήσεις τῶν ὀρνέων, οὐδεὶς ἀνέθηκε τῇ εἰμαρμένῃ
 τὴν τῆς προρρήσεως δύναμιν· ἀλλὰ τινι δαιμονίᾳ κατακωχῆ τὸ τοιοῦτον λογίζονται.

Οὕτω φημι, ἢ μὴ εἶναι καθόλου προαγόρευσιν διὰ C
 τὸ πολλοῖς ἐναντιώμασι τὰς προρρήσεις ἐλέγεσθαι,
 ἢ εἴπερ ἀποδείκνυσαι τις αὐτὴν ὡς προλίσκουσάν τι
 τῶν ἐκθησομένων, ὅπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἐκάστου τῶν
 κατὰ πρόρρησιν ἐπιτυγχανομένων καταλαμβάνομεν,
 τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ τοιοῦτου τῆς προρρήσεως εἶδους
 οἰόμεθα χρῆναι νομίζεσθαι. Ἴσον γὰρ ἐπὶ πάντων τού-
 των ἐστὶ, τὸ ἐν τοῖς πλείοσι διαμαρτάνειν, τό τε ἐν
 τισιν δοκεῖν μὴ ἐξω τῆς τῶν ἐκθησομένων ἀληθείας
 ἄγειν τὴν πρόρρησιν· καὶ τῇ ἀπατηλῇ τῶν δαιμόνων
 φύσει ὁμοίως, καὶ διὰ ταύτης καὶ πάσης ἐπινοίας ὁ
 σκοπὸς κατορθοῦται· τὴ γὰρ ἀποστήσας τὸν ἀνθρω-
 πον τοῦ πρὸς τὸν Θεὸν βλέπειν, κάκειθεν ἑαυτῷ τὴν
 τῶν ἀγαθῶν μοῖραν παρασκευάζειν, ἀντὶ παντὸς τοῖς
 δαιμόσι σπουδάζεται. Τῆ τοίνυν πεπεισθαι τοὺς εὐ-
 εξαπατήτους, μὴ ἐπὶ τῷ θείῳ βουλήματι τὰ κατὰ D
 τὸν βίον κείσθαι· ἀλλ' ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ τῶν ἄτρων
 διαπλοκῇ, καὶ τῇ ἐκείθεν ἀπορρύουσην δυνάμει, πάν-
 των μάλιστα πρὸς τὸν σκοπὸν τῆς βλαπτικῆς τῶν δαι-
 μόνων φύσεως βλέπει. Εἰ οὖν κερχαρισμένον ἐστὶ τοῖς
 δαίμοσι, τοῦ Θεοῦ ἀποστήσας τὸν ἀνθρωπον, ἀφίστησι
 ἐξ ἡ περι ταῦτα πλάνη, ἀποδείκνυται σαφῶς δαιμο-
 νία τις οἷσα ἐνέργεια, δι' ἀπάτης παρακρουσμένη
 τοὺς πᾶσαν μὲν ἐν τούτοις τὴν δύναμιν εἶναι νομί-
 ζοντας· πρὸς δὲ παντιδύνημον τοῦ Θεοῦ ἐξουσίαν μὴ
 ἀποδιδέποντας.

A nam id quod insigne futurum erat et supra alios,
 in adversam ac malam partem eventum fuisse sor-
 titum : idque res nostra memoria gestæ testantur.
 Valente enim Romanorum imperatore talis fraus
 et impostura quemdam ad imperium affectandum
 permovit. Animos illi quidem faciebat audaciorem-
 que reddebat genethliacorum prædictio, sed exitus
 conatum ejusmodi fuit, ut ipse summis magistra-
 tibus gestis clarus, fieret magnitudine calamitatis
 insignior : idque patrociniæ genethliologiæ pleris-
 que visum est, quod res prospere viri adversas
 exequassent. Verum ego falsis istorum prædictio-
 nibus ad fatum refellendum non nitor ; sed illa po-
 tius ratione, quod fallaces ac subdoli dæmones
 multis etiam aliis modis vaticinationes fraudulenter
 comminiscuntur. Nam divinatoria quædam aqua
 epota in mentis errorem et insaniam inducit ; et
 spiritus superne per quoddam orificium permeans,
 intraque feminea viscera receptus, et utero tymo-
 rem et menti furorem ac delirium conciliat. Quæ
 omnia divina et vaticinia videntur errore deceptis.
 Quin etiam omnes illi, qui ex jecore aut signis
 quibusdam ignis, aut ex avium volatu futura con-
 jectant, vim vaticinii non ad fatum, sed ad affatum
 quemdam dæmonum referunt.

C Quare existimo non esse omnino vera vati-
 cinia, quod multis eventibus contrariis convellun-
 tur ; aut si quis ostendat fatum præsignificare al-
 quem futurum eventum, quod in aliis omnibus, ita
 uti prænuntiata fuerant, eventibus reperimus,
 id in hujusmodi quoque vaticinationis genere nec-
 cessario reperiri censemus. Par enim in his omni-
 bus est ratio, ut fatidici ubi in plerisque errave-
 rint, in quibusdam certe futurorum eventuum veri-
 tatem vaticinatione videantur assecuti. Atque in-
 star fraudulentorum dæmonum in eam rem omnes
 cogitationes conferunt et curas, ut hominem eo
 redigant ne oculos ad Deum convertat, ab eoque
 omnia bona obtineat ; atque adeo consilium, quo
 homines simplices et fallaciis obnoxii a divina vo-
 luntate amplectenda revocantur ad ejusmodi astro-
 rum conjunctionem ac vim inde defluentem, maxime
 ad malignorum dæmonum spectat scopum. Itaque
 si jucundum est dæmonibus animos hominum ab
 amicitia Dei avertere, sicque avertit istarum rerum
 fallacia : perspicuum sit id dæmonum quoddam
 esse opus, comparatum ad decipiendos eos, qui
 omnem illam vim hisce rebus decipieri opinantur,
 neque oculos ad Dei summam convertunt pote-
 statem.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ
ΠΡΟΣ ΕΛΛΗΝΑΣ
ΕΚ ΤΩΝ ΚΟΙΝΩΝ ΕΝΝΟΙΩΝ.

EJUSDEM S. GREGORII
TRACTATUS ADVERSUS GRÆCOS
EX COMMUNIBUS NOTIONIBUS.

Federicus Morellus inter. Reg. Latine vertit.

Si nomen hoc Deus personarum significativum A
esset, cum tres personas dicimus, ex necessitate
tres diceremus deos; quod si Deus essentiae denota-
tivum nomen est, dum unam essentiam constitemur
sanctæ Trinitatis, unum Deum merito glorificamus,
quia unius substantiæ unum nomen, Deus est. Id-
circo congruenter et substantiæ et nomini, unus
est Deus, et non tres. Neque enim Deum et Deum
et Deum dicimus, vel dicimus Patrem et Filium
et Spiritum sanctum, nominibus quæ personas
significant, connectentes (et) conjunctionem. Eo
quod non eadem sint personæ, sed diversæ potius,
et a se invicem pro significato nominum differen-
tes. Verum nomini (Deus) quod significativum est
essentiæ ex aliqua proprietate, quæ ipsi inest, non
conjugimus copulam (et) ut dicamus, Deum et B
Deum et Deum: quia eadem est essentia, quæ per-
sonæ sunt, et quam nomen hoc (Deus) significat,
propterea quod etiam idem ipse Deus: idem vero
adjecta declaratione ipsius non connectitur unquam.
Quod si dicimus Patrem Deum, et Filium Deum,
et Spiritum sanctum Deum, vel Deum Patrem, et
Deum Filium, et Deum Spiritum sanctum, notio-
nem personarum nominibus copulamus, nempe
Patri, Filio, sancto Spiritui, ut sit Pater, Filius
et Spiritus sanctus, hoc est persona et persona et per-
sona. Idcirco et tres sunt personæ. Nomen autem hoc
(Deus) absolute et eodem modo prædicatur de una-
quaque personarum, absque conjunctione (et), ita ut
non possimus dicere Deum et Deum et Deum; sed
intelligere nomen tertio quidem dictum voce, C
propter personas subjectas, propositum vero se-
cunda et tertia repetitione absque conjunctione
(et), quia non alius atque alius Deus est. Non
enim quatenus Pater diversam proprietatem suam
servat apud Filium, juxta hoc Deus est Pater:
namque ita non Deus esset Filius; sed enim si
quia Pater est Pater, propterea et Deus Pater,
quoniam non Pater Filius, non Deus Filius: si
Ei τὸ Θεὸς ἄνθρωπος προσώπων δὲ τριῶν ὑπάρχει,
τρία πρόσωπα λέγοντες, ἐξ ἀνάγκης ἂν τρεῖς ἐλέγο-
μεν θεοὺς· εἰ δὲ Θεὸς ἄνθρωπος οὐσίας σημαντικὸν ἐστὶ,
μὴν οὐσίαν ὁμολογοῦντες τῆς ἁγίας Τριάδος, ἕνα
Θεὸν εἰκότως δοξάζομεν· ἐπεὶ μιᾶς οὐσίας ἐν ἄνθρωπος
τὸ Θεὸς ἐστὶ. Διὸ καὶ ἀκολούθως τῇ τε οὐσίᾳ καὶ τῷ
ὀνόματι, εἷς ἐστὶ Θεός, οὐ τρεῖς. Οὐτε γὰρ Θεὸν καὶ
Θεὸν καὶ Θεὸν φάμεν, ὡς περ λέγομεν Πατέρα καὶ
Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, ἐπὶ τοῖς ὀνόμασι τοῖς τῶν
προσώπων σημαντικοῖς συμπλέκοντες τὸν καὶ σύν-
δεσμον. Διὰ τὸ μὴ ταῦτά εἶναι τὰ πρόσωπα, ἕτεροῖα
δὲ μᾶλλον, καὶ διαφέροντα ἀλλήλων κατὰ τὴν τῶν
ὀνομάτων σημασίαν. Τῷ δὲ Θεῷ ὀνόματι δηλωτικῶς
τῆς οὐσίας ἔστι ἐκ τινος ἰδιώματος προσόντος αὐτῆς,
οὐ συνάπτομεν τὸν καὶ σύνδεσμον, ὥστε λέγειν ἡμᾶς,
Θεὸν καὶ Θεὸν καὶ Θεόν· ἐπεὶ περ ἡ αὐτὴ ἐπ' οὐσίᾳ
ἡ ἐστὶ τὰ πρόσωπα. καὶ ἡν σημαίνει τὸ Θεὸς ἄνθρωπος·
δὴ καὶ ὁ αὐτὸς ὁ Θεός. Ὁ δὲ αὐτὸς καὶ ἐπιδηλωσε
τοῦ αὐτοῦ οὐ συμπλέκεται ποτε. Εἰ δὲ λέγομεν Πα-
τέρα Θεὸν, καὶ Υἱὸν Θεὸν, καὶ Πνεῦμα ἅγιον Θεὸν,
ἡ Θεὸν Πατέρα, καὶ Θεὸν Υἱὸν, καὶ Θεὸν Πνεῦμα
ἅγιον, τὸν καὶ σύνδεσμον κατ' ἐννοιαν τοῖς τῶν προσ-
ώπων ὀνόμασι συνάπτομεν. Ὁν, Πατέρι, Υἱῷ, ἁγίῳ
Πνεύματι, ἕνα ἡ Πατὴρ, Υἱός, καὶ ἅγιον Πνεῦμα,
τούτεστι πρόσωπον, καὶ πρόσωπον, καὶ πρόσωπον.
Διὸ καὶ τρία πρόσωπα. Τὸ δὲ Θεὸς ἄνθρωπος, ἀπολύτως
καὶ ὡσαύτως κατηγορεῖται ἐκάστου τῶν προσώπων
ἄνευ τοῦ καὶ συνδέσμου, ὥστε μὴ δύνασθαι ἡμᾶς λέ-
γειν Θεὸν, καὶ Θεόν, καὶ Θεόν· ἀλλὰ νοεῖν τὸ ἄνθρωπος
τρίτον μὲν λεγόμενον τῇ φωνῇ, διὰ τὰ ὑποκείμενα
πρόσωπα, προβαλλόμενον δὲ τῇ δευτερώσει καὶ τῇ
C
τριτώσει, ἄνευ τοῦ καὶ συνδέσμου, διὰ τὸ μὴ ἕτερον
καὶ ἕτερον εἶναι Θεόν. Οὐ γὰρ καθ' ἑτέροτητα
σῶζει Πατὴρ πρὸς Υἱὸν, κατὰ τοῦτο Θεὸς ὁ Πατήρ.
Ὁσῶ γὰρ οὐκ ἂν Θεὸς ὁ Υἱός· εἰ γὰρ ἐπεὶ Πατήρ ὁ
Πατήρ, διὰ τοῦτο καὶ Θεὸς ὁ Πατήρ· ἐπεὶ μὴ Πατήρ
ὁ Υἱός, οὐ Θεός ὁ Υἱός· εἰ δὲ Θεὸς ὁ Υἱός, οὐκ ἐπεὶ
Υἱός. Ὁμοίως καὶ ὁ Πατήρ, οὐκ ἐπεὶ Πατήρ, Θεός·
ἀλλ' ἐπεὶ οὐσία τοιαύτη, εἷς ἐστὶ Πατήρ, καὶ ὁ Υἱός

Θεός. Καὶ δι' ἣν αἰτίαν Πατήρ Θεός, καὶ Υἱός Θεός, καὶ Πνεῦμα ἅγιον Θεός· μὴ διαιρουμένης δὲ τῆς οὐσίας ἐν ἐκάστῳ τῶν προσώπων, ὥστε καὶ τρεῖς εἶναι οὐσίας κατὰ τὰ πρόσωπα, δῆλον ὅτι οὔτε τὸ ὄνομα διαιρεθῆσται ὅπερ σημαίνει τὴν οὐσίαν, οὔτε τὸ Θεός εἰς τὸ εἶναι τρεῖς Θεούς· ἀλλ' ὡς περ οὐσία ὁ Πατήρ, οὐσία ὁ Υἱός, οὐσία τὸ ἅγιον Πνεῦμα· καὶ οὐ τρεῖς οὐσίαι· οὕτω καὶ Θεός ὁ Πατήρ, Θεός ὁ Υἱός, Θεός τὸ Πνεῦμα· τὸ ἅγιον, καὶ οὐ τρεῖς Θεοί. Εἰς γὰρ Θεός καὶ ὁ αὐτός· ἐπεὶ καὶ μία οὐσία ἢ αὐτὴ· εἰ καὶ ἕκαστον τῶν προσώπων λέγεται, καὶ ἐνούσιον καὶ Θεός· καὶ γὰρ ἀνάγκη τρεῖς λέγειν οὐσίας Πατέρος καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος· ἐπεὶ οὐσία τῶν προσώπων ἕκαστον ὅπερ ἐστὶν ἀλόγιστον· οὐδὲ γὰρ Πέτρον καὶ Παῦλον καὶ Βαρνάβαν, τρεῖς οὐσίας φαρμέν· ἀλλὰ μίαν καὶ μίαν λέγοντες οὐσίαν, ἥς ἐστὶ Πατήρ καὶ Υἱός καὶ ἅγιον Πνεῦμα, ἓνα ἀκολουθῶς φαρμέν Θεόν· εἰ καὶ τῶν προσώπων καὶ ἐνούσιον καὶ Θεόν εἶναι πιστεύομεν. Ὡς περ γὰρ τῷ διαφέρειν τὸν Πατέρα τοῦ τε Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τρία φαρμέν πρόσωπα· οὕτως ἐπεὶ μὴ διαφέρουσι κατὰ τὴν οὐσίαν, ἀλλ' ἐστὶ κατ' αὐτὴν τῶν προσώπων ταυτότης, ἐστὶ πάντως καὶ κατὰ τὸ Θεός ὄνομα. Δηλωτικὸν γὰρ τοῦτο τῆς οὐσίας, οὗ τὸ τί αὐτῆς περιεστῶν, ἐπεὶ ἀκατάληπτον, ἀλλ' ἀπὸ τίνος ἰδιωμάτων προσόντος αὐτῇ λαμβανόμενον, παραδηλοῦν αὐτὴν. Ἔστι γὰρ ἰδίωμα τῆς αἰδίου οὐσίας, ἥς Πατήρ, Υἱός καὶ ἅγιον Πνεῦμα, τὸ πάντα ἐποπτεύειν καὶ θεωρεῖν καὶ γινώσκειν καὶ σὺν τὰ κρύφια. Ἐντεῦθεν εἰληγμένον τὸ Θεός ὄνομα κυρίως λεγόμενον σημαίνει τὴν οὐσίαν ἐκείνην. Μιᾶς τοιγαροῦν ὑπαρχούσης τῆς τοιαύτης οὐσίας, καὶ ἐκὸς τοῦ παραδηλοῦντος αὐτὴν ὀνόματος (φημί δὴ τοῦ Θεός)· εἰς κυρίως ἐστὶ Θεός τῷ λόγῳ τῆς οὐσίας ἀκολουθῶς· ἐπεὶ μὴ πρόσωπον δηλοῖ τὸ Θεός, ἀλλὰ τὴν οὐσίαν. Εἰ γὰρ πρόσωπον ἐδήλου τὸ Θεός, ἔν καὶ μόνον τῶν προσώπων ἐλέγετο Θεός, ὅπερ ἐσημαίνετο τῷ τοιούτῳ ὀνόματι· ὡς περ οὖν καὶ Πατήρ, μόνος ὁ Πατήρ λέγεται, διὰ τὸ προσώπου δηλωτικὸν εἶναι τοῦτο τὸ ὄνομα

congruenter rationi essentiali : siquidem Deus personam non declarat, sed substantiam. Etenim si Deus personam indicaret, una et sola ex personis diceretur Deus, quæ tali nomine significaretur; sicut nimirum Pater solus dicitur Pater, quia nomen istud personam signandi vim habet.

Εἰ δὲ φαίη τις ὅτι: Πέτρον καὶ Παῦλον καὶ Βαρνάβαν φαρμέν τρεῖς οὐσίας, μερικῶς δηλονότι, τούτεστιν ἰδικῶς (τοῦτο γὰρ κυριώτατον εἰπεῖν), ὅτι μερικὴν οὐσίαν, τούτεστιν ἰδικὴν λέγοντες, οὐδὲν ἕτερον σημαίνει βουλόμεθα, ἢ ἄριστον, ὅπερ ἐστὶ πρόσωπον· προσώποις δὲ οὐχ ἔπεται τὸ Θεός, καθὼς δέδεικται. Τί οὖν λεκτέον πρὸς ἐκείνο, ὅτι: Πέτρον καὶ Παῦλον καὶ Βαρνάβαν, τρεῖς φαρμέν ἀνθρώπους; Οὐχ ὡς ταῦτα πρόσωπα, πρόσωπα δὲ τῷ σημαντικῷ ὀνόματι τῆς κριτικῆς οὐσίας οὐ σημαίνεται. Οὐδὲ ἢ μερικὴ λεγομένη ἦτο ἰδικὴ οὐσία, ταῦτ' ἐν αὐτῇ τῷ προσώπῳ, τίνος χάριν τρεῖς ἀνθρώπους φαρμέν, αὐτοὺς μιᾶς οὐσίας ὑπαρχόντας, ἥς ἐστὶ τὸ ἀνθρώπων δηλωτικόν; Εἰ μῆτε διὰ τὰ πρόσωπα, μῆτε διὰ τὸ λέγεσθαι μερικὴν οὐσίαν, ἦτοι ἰδικὴν, ἐκφωνοῦμεν, τοῦτό φαρμέν ὅτι καταχρηστικῶς καὶ οὐ κυρίως τοῦτο λέγομεν, ἐκεί τινὰ συνήθειαν ἐξ ἀναγκαίων αἰτιῶν κρατήσα-

A vero Deus Filius, non quia Filius: similiter etiam Pater, non quoniam Pater, Deus; verum quia essentia talis unus est Pater, et Filius Deus: et quam ob causam Pater Deus, et Filius Deus, et Spiritus sanctus Deus. Cum autem non dividatur essentia in unaquaque personarum, ita ut tres sint essentialiæ secundum personas, videlicet neque nomen dividetur, quod significat essentialiæ; neque Deus, ut sint tres dii: sed sicut substantia Pater, substantia Filius, substantia Spiritus sanctus, et non tres substantiæ: sic etiam Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus; non tres dii. Nam unus Deus et idem, quia una etiam substantia eadem; etsi quæque persona dicatur, et essentia subsistens et Deus; etenim necesse esset tres dicere substantias Patris et Filii et Spiritus sancti, quoniam substantia est unaquæque personarum, quod a ratione alienum est. Neque enim Petrum et Paulum et Barnabam tres substantias dicimus; sed unam et unam dicentes substantiam, quæ est Pater et Filius et Spiritus sanctus, unum consequenter dicimus Deum: tametsi unamquamque personam consubstantialiæ et Deum esse credimus. Nam quemadmodum, eo quod differat Pater a Filio et Spiritu sancto tres asserimus personas: itidem quia non differunt secundum substantiam, sed est juxta ipsam personarum identitas: erit etiam omnino secundum nomen [Deus], quippe hoc substantiam declarandi vim habet: non quod quid ipsa sit representet, siquidem incomprehensibilis est, sed ab aliqua proprietate, quæ ipsi inest, sumptum eam designat. Est enim proprietas sempiternæ substantiæ, cujus Pater, Filius et sanctus Spiritus, omnia intueri, et contemplari et cognoscere, etiam ea quæ occulta sunt. Inde acceptum nomen Deus proprie dictum, substantiam illam significat. Quamobrem cum una ejusmodi substantia existat; itemque nomen unum quo ipsa declaratur, nempe [Deus], unus proprie Deus erit

D Quod si quis dixerit, quod Petrum et Paulum et Barnabam dicimus tres substantias particulares, videlicet proprias (hoc enim est maxime proprie loqui), quia particularem substantiam, hoc est propriam dicentes, nihil aliud significare volumus, quam individuum, quod est persona; atque Deus non designat personas, ut probatum est: quid igitur dicendum est ad illud, quod Petrum et Paulum et Barnabam tres dicimus homines? non ut hæ personæ sunt; personæ autem significativo nomine communis substantiæ non signantur. Neque ea quæ particularis dicitur, sive peculiaris et propria substantia; quia idem ipsa est cum persona: qua de causa tres homines dicimus, cum ipsi unius substantiæ existant, quam nomen hoc homo designat: siquidem neque propter personas, neque eo quod dicatur particularis substantia, nimirum propria, enuntiamus: hoc

asserimus quod abusive et non proprie hoc dicimus; propter consuetudinem quamdam quæ necessariis de causis obtinuit adversus ea quæ non in sancta Trinitate considerantur: sunt autem ejusmodi: definitio hominis quæ non semper in ipsis individuis, sive personis spectatur. Etenim prioribus morientibus, alia individua ipsorum loco construuntur: ac rursus iisdem sæpenumero manentibus, alia quædam superveniunt: ita ut aliquando in his, aliquando in illis, interdum in pluribus, interdum in paucioribus considerentur: itaque in detractione, exitu vitæ et procreatione individuorum, in quibus hominis definitio spectatur, cogimur etiam multos dicere homines, et paucos, mutatione et variatione seu alteratione personarum, expulsa communi consuetudine, et præter ipsam rationem essentiali, ut cum personis connumerentur quodammodo substantiæ. In sancta vero Trinitate nihil unquam ejusmodi usuvenit, eo quod eadem personæ, et non aliæ atque aliæ dicantur, sed ad idem eodemque modo se habeant, neque incrementum ullum ipsa Trinitas admittat, ut ad tetradem accedat, neque diminutionem, ut ad dyada redigatur: neque enim generatur aut procedit a Patre vel ex una e personis, adeo ut Trinitas etiam tetras sit aliquando; neque interit unquam una ex tribus his personis, ut Trinitas fiat dyas. Jam vero cum nulla accretio nec diminutio, nec conversio atque alteratio unquam fiat tribus personis, absurdum esset super tribus personis etiam tres dicere deos. Rursus hominis personæ omnes non ab eadem persona secundum continuum habent esse: verum hæc quidem ex illa, hæc autem ex illa in multa et diversa esse super causatis etiam causas: verum in sancta Trinitate non ita se res habet; nam una et eadem persona Patris, ex quo Filius generatur et Spiritus sanctus procedit. Quocirca etiam proprie unum auctorem eorum quæ a se ut causa dependent, unum Deum asserimus: quandoquidem una etiam cum ipsis existit. Neque enim tempore dividuntur a se invicem personæ deitatis, neque loco, neque voluntate consiliove, neque instituto, neque operatione, neque affectione ulla ejusmodi quæ consideratur in hominibus, sed duntaxat quia Pater, Pater est, et non Filius; Filius, Filius est, et non Pater: similiter etiam Spiritus sanctus, neque Pater, neque Filius est. Quapropter nulla necessitas urget nos ad dicendum tres deos esse personas tres: quemadmodum in nobis multos homines dicimus multas personas, propter eas quas diximus causas, et non juxta rationem necessariam, quod idem est per se, unum et multa non potest esse. Est etiam Petrus et Paulus et Barnabas secundum hominem, unus homo; et secundum hoc ipsum, quatenus homo, multi non possunt esse: dicuntur autem multi homines abusive ac non proprie: quod vero per abusionem dicitur, haudquaquam apud eos qui sapiunt præponitur ei quod proprie. Quocirca minime profectum est in tribus personis divinæ essentiali tres deos esse, quatenus Deus: unus vero et idem Deus propter identitatem substantiæ, cujus tamen Deus est significativum, ut dictum est a nobis.

σαν τῶν μὴ ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος θεωρουμένων. Εἰσὶ δὲ αὐταὶ ὄρος τοῦ ἀνθρώπου οὐκ αἶν ἐν τοῖς αὐτοῖς ἀτόμοις ἤτοι προσώποις θεωρεῖται. Τῶν μὲν γὰρ προτέρων τελευτώντων, ἕτερα ἀντ' αὐτῶν συνίσταται· καὶ πάλιν τῶν αὐτῶν πολλάκις μενόντων ἄλλα τινὰ ἐπιγίνεται· ὡς ποτὲ μὲν ἐν τοῦτοις, ποτὲ δὲ ἐν ἐκείνοις, καὶ ποτὲ μὲν ἐν πλείοσι, ποτὲ δὲ ἐν ἐλάττωσι θεωρεῖσθαι· καὶ ἐπὶ τῆς ἀφαιρέσεως, τῆς τε ἀποθιώσεως καὶ γεννήσεως τῶν ἀτόμων, ἐν οἷς θεωρεῖται ὁ τοῦ ἀνθρώπου ὄρος, ἀναγκαζόμεθα καὶ πολλοὺς λέγειν ἀνθρώπους καὶ ὀλίγους, τῆ τροπῇ καὶ ἀλλοιώσει τῶν προσώπων ἐκχρουσθείσης τῆς κοινῆς συνηθείας, καὶ παρὰ αὐτὸν τὸν τῆς οὐσίας λόγον· ὥστε συναριθμῆναι τοῖς προσώποις τινὰ τρόπον καὶ οὐσίας. Ἐπὶ δὲ τῆς ἁγίας Τριάδος οὐδὲν τοιοῦτον συμβαίνει ποτὲ, διὰ τὸ τὰ αὐτὰ πρόσωπα, καὶ οὐχ ἕτερα καὶ ἕτερα λέγεσθαι, κατὰ τὸ αὐτὸ καὶ ὡσαύτως ἔχοντα· μήτε προσθήκη τινὰ δεῖξασθαι αὐτὴν εἰς τετράδα· μήτε μείωσιν, τὴν εἰς δυάδα· οὔτε γὰρ γεννᾶται ἢ ἐκπορεύεται ἐκ τοῦ Πατέρος ἢ ἐξ ἐνὸς τῶν προσώπων, ὥστε καὶ τετράδα εἶναι ποτὲ τὴν Τριάδα· οὔτε τελευτᾷ ποτὲ ἐν τῶν τριῶν τούτων προσώπων, ὥστε δυάδα τὴν Τριάδα γίνεσθαι. Προσθήκης δὲ καὶ μείωσεως, τροπῆς τε καὶ ἀλλοιώσεως μηδεμιᾶς ποτὲ γινομένης τοῖς τρισὶ προσώποις, ἄποσον πρὸς τοῖς τρισὶ προσώποις καὶ τρεῖς λέγειν θεοὺς. Πάλιν τὰ τοῦ ἀνθρώπου πρόσωπα πάντα, οὐκ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ προσώπου κατὰ τὸ προσεχὲς ἔχει τὸ εἶναι· ἀλλὰ τὰ μὲν ἐκ τούτου· τὰ δὲ ἐξ ἐκείνου εἰς πολλὰ καὶ διάφορα εἶναι πρὸς τοῖς αἰτιατοῖς καὶ τὰ αἴτια· ἐπὶ δὲ τῆς ἁγίας Τριάδος, οὐχ οὕτως. Ἐν γὰρ καὶ τὸ αὐτὸ πρόσωπον τοῦ Πατέρος, ἐξ οὗ ὁ Υἱὸς γεννᾶται, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται. Διὸ καὶ κυρίως τὸν ἕνα αἴτιον ἔντα τῶν αὐτοῦ αἰτιατῶν, ἕνα θεὸν φάμεν· ἐπεὶ καὶ συνυπάρχει αὐτοῖς. Οὔτε γὰρ χρόνῳ διαίρεται ἀλλήλων τὰ πρόσωπα τῆς θεότητος, οὔτε τόπῳ, οὐ βουλή, οὐ ἐπιτηδύματι, οὐ ἐνεργείᾳ, οὐ πάθει οὐδὲν τῶν τοιοῦτων, οἷσπερ θεωρεῖται ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων· ἢ μόνον ὅτι ὁ Πατήρ, Πατήρ ἐστι, καὶ οὐχ Υἱός· Υἱός, Υἱός ἐστι καὶ οὐ Πατήρ· ὁμοίως καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐδὲ Πατήρ, οὐδὲ Υἱός· Διὸ περ οὐδεμία ἀνάγκη παρασκευάζει ἡμᾶς τρεῖς θεοὺς εἰπεῖν τὰ τρία πρόσωπα, ὡσπερ ἐφ' ἡμῶν πολλοὺς ἀνθρώπους φάμεν τὰ πολλὰ πρόσωπα διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας, καὶ οὐ κατὰ λόγον ἀναγκαῖον τὸ αὐτὸν κατὰ αὐτὸν, ἐν καὶ πολλὰ οὐ δυνατὸν εἶναι. Ἔστι δὲ καὶ Πέτρος, καὶ Παῦλος, καὶ Βαρνάβας, κατὰ τὸ, ἄνθρωπος, εἰς ἄνθρωπος, καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ τοῦτο, κατὰ τὸ, ἄνθρωπος, πολλοὶ οὐ δύνανται εἶναι. Λέγονται δὲ πολλοὶ ἄνθρωποι καταχρηστικῶς, καὶ οὐ κυρίως· τὸ δὲ καταχρηστικῶς λεγόμενον, οὐκ ἂν τοῖς εὖ φρονουσι τοῦ κυρίως προτιμηθεῖν. Διὸ οὐ λεχτέον ἐπὶ τῶν τριῶν προσώπων τῆς θείας οὐσίας τρεῖς θεοὺς εἶναι, κατὰ τὸ θεός· εἷς δὲ θεός καὶ ὁ αὐτός· διὰ τὴν ταυτότητα τῆς οὐσίας ἧς ἐστὶ θεός σημαντικόν, καθὼς εἴπομεν.

Εἰ δὲ λέγοι τις· Καὶ πῶς ἡ Γραφή συναριθμεῖ ἄνδρας κατὰ περισσυσίαν; ὁράτω δτι Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα διδοῦσα ἡ Γραφή καὶ Θεὸν Λόγον, Θεὸν μὴ Λόγον, τοῦτέστι, Θεὸν Πατέρα, Θεὸν Πνεῦμα ἅγιον· Θεὸν παραδιδοῦσα, καθόλου παραιτεῖται τρεῖς Θεοὺς εἰπεῖν, ἀσέβειαν ἡγουμένη τὴν πολυθεΐαν, καὶ ἕνα Θεὸν διόλου κηρύττουσα, μήτε τὰ πρόσωπα συμψύρουσα, μήτε τὴν θεότητα διαιροῦσα· φυλάττουσα δὲ μᾶλλον ταυτότητα θεότητος ἐν ιδιότησιν ὑποστάσεων, ἢ ὡς τριῶν προσώπων. Εἰ δὲ βούλεται ὁ τοιαῦτα λέγων μαθεῖν τὸ ἀληθές, γινωσκέτω ὡς τρεῖς λέγει ἡ Γραφή· καίπερ ἕνα ἄνθρωπον τοὺς σύμπαντας γινώσκουσα, κατὰ τὸ, "Ἀνθρωπος ὡσεὶ χόρτος αἱ ἡμέραι αὐτοῦ· οἷα τροφῆς ἀγαθῆ, καὶ ἰδία βρέφη τοῖς ἀνθρώποις λογίζομένη· καὶ ἐνλίπε αὐτοῖς συμψεύλλουσα, καὶ χρωμένη ὁμοίως ἐκείνοις τῶν ὀνομάτων τισίν, οὐ παραγινώσκουσα τὸ τέλειον. Ἡ αὐτὴ γὰρ καὶ ὤτα, καὶ ὀφθαλμοὺς, καὶ λοιπὰ δὴ μέρη σώματος ἔχειν λέγουσα τὸν Θεὸν, οὐ δόγμα τὸ τοιοῦτο παραδίδωσι, σύνθετον ὀριζομένη τὸ Θεῖον· ἀλλὰ κατὰ τὸν εἰρημένον τρόπον ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἡμετέρων, πρὸς ἀναγωγὴν τῶν μὴ ἀμείσως ἐπὶ τὰ ἀσώματα χωρεῖν δυναμένων, τὰ δόγματα ἐκτίθεται· Πνεῦμα λέγουσα τὸν Θεὸν εἶναι, καὶ πανταχοῦ ἕνθα τις πορευθεῖται παρεῖναι τὸ ἀπλοῦν αὐτοῦ καὶ ἀπερίγραφον, ἡμᾶς ἐκδιδάσκουσα. Οὕτω καὶ τρεῖς ἄνδρας λέγουσα διὰ συνήθειαν, ἵνα μὴ ξενίζῃ τὸ κοινὸν καὶ ἐν χρίσει τῶν πολλῶν ὑπάρχον. Καὶ ἕνα φησὶ δι' ἀκριθείαν, ἵνα μὴ παρασαλεύῃ τὸ τέλος, καὶ ἐν τῇ φύσει τῶν πραγμάτων θεωρουμένη. Καὶ τὸ μὲν ἡγούμεθα συγκατάθεσιν ἐπὶ χρησίμῳ καὶ συμφέροντι τῶν νηπιωδεστέρων γεγεννημένον· τὸ δὲ ὀριζόμεθα δόγμα ἐπὶ βεβαιώσει· καὶ παραδίδει τῆς τελειότητος ἐκτιθέμενον. Ἀλλὰ πάλιν φασὶ τινες ὅτι, ὡςπερ λέγομεν· Ὑπόστασις ὑποστάσεως, ἢ ὑπόστασις, οὐδὲν διαφέρει· καὶ οὐ παρὰ τοῦτο μία ὑπόστασις αἱ πᾶσαι ὑποστάσεις· καὶ ὡςπερ οὐσία, οὐσίας οὐδὲν διαφέρει· καὶ οὐ παρὰ τοῦτο μία οὐσία αἱ πᾶσαι οὐσίαι· οὕτως ἂν εἴποιμεν, Θεὸς Θεοῦ οὐδὲν διαφέρει· καὶ οὐ διὰ τοῦτο εἷς Θεός, αἱ τρεῖς ὑποστάσεις, καθ' ὧν τὸ Θεὸς κατηγορεῖται. Καὶ πάλιν, "Ἀνθρωπος ἀνθρώπου οὐδὲν διαφέρει, λέγοντες· οὐκ ἀναιροῦμεν τὸ τρεῖς ἀνθρώπους εἶναι Πέτρον καὶ Παῦλον καὶ Βαρνάβαν. Διαφέρει γὰρ οὐσία οὐσίας· καὶ οὐ καθὼς οὐσία, ἀλλὰ καθὼς τοιαύτη οὐσία· καὶ ὑπόστασις ὑποστάσεως, καθὼς τοιαύτη ὑπόστασις, καὶ ἄνθρωπος ἀνθρώπου ἢ τοιαύτη ἀνθρώπος. Καὶ πάλιν Θεός Θεοῦ ἢ τοιαύτη Θεός· τὸ δὲ τοιαύτη ἢ τοιαύτη, ἐπὶ δύο ἢ καὶ πλείονων εἰσθεὶν λέγεται. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐκεῖνοι· ἡμεῖς δὲ δείζομεν σέφισμα τὸ πᾶν εἶναι, αὐτοῖς τοῖς εἰρημένοις κεραιμένοι, καὶ δεικνύντες μὴ δεῖν, τοιόνδε Θεὸν καὶ τοιόνδε, ἢ τοιόνδε ἄνθρωπον καὶ τοιόνδε λέγειν· ἀλλ' ἢ, ἕνα τοιόνδε ὑπόστασιν Θεοῦ καὶ τοιόνδε ὑπόστασιν ἀνθρώπου. Πολλὰς γὰρ ὑποστάσεις τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου, καὶ τρεῖς ὑποστάσεις τοῦ ἑνὸς Θεοῦ φάμεν δικαίως. Τὸ μὲν οὖν τοιόνδε λεγόμενον, διακρίναι βούλεται τί τινος κοινωνούντος κατ' ἐκεῖνο τοῦνομα, ἢ τὸ τοιόνδε προστίθεται· ὅσον ζῶον τοιόνδε φάμεν τὸν ἄνθρωπον, διακρίναι αὐτὸν βουλόμενοι τοῦ ἔππου,

Quod si quis dicat, Et quomodo Scriptura tres viros connumerat ex abundantia? videat quod Filium et sanctum Spiritum tradens Scriptura, et Deum Verbum et Deum non Verbum, hoc est Deum Patrem, Deum Spiritum sanctum: Deum tradens profertensque omnino recusat tres deos dicere, impietatem censens deorum multitudinem, et unum Deum ubique promulgans, neque personas confundens, neque divinitatem dividens, imo divinitatis identitatem conservans in proprietatibus hypostaticis trium personarum. Quod si qui hæc dicit verum discere vult, cognoscat Scripturam tres dicere, tametsi unum hominem omnem genus humanum cognoscat, juxta illud, *Homo tanquam fenum dies ejus*, veluti nutrix bona, et proprios fetus homines singulos reputat: et cum ipsis interdum balbutiens, et *pariter nonnulla ex illis vocabula ad unum exhibens, non parum videns ignoransve quod perfectum est. Nam eadem sacra Scriptura, et aures, et oculos ac reliquos utique artus, et particulas corporis Deum habere dicens, non doctrinam ejusmodi tradit, ut compositam definiat divinitatem, sed modo prædicto translatione ducta a rebus nostris ad elevationem eorum, qui non absque medio quodam ad incorporea accedere possunt, exponit decreta: dum Spiritum dicit Deum esse, et quocunque locorum quis ierit, simplicem et nullis cancellis circumscriptam ejus naturam adesse nos edocet: similiter etiam tres viros dicens ex more, uti ne peregrinum novumque appareat quod commune et quod vulgo usitatum est. Unum autem dicit accurato dicendi genere ne transiliat finem ac limitem, etiam in rerum natura considerata. Itemque ut illud quidem existimemus condescensum, ad id quod expedit et confert iis qui imbecilliori sunt ingenio accommodatum; hoc vero statuamus decretum esse: ad confirmationem et traditionem perfectionis expositum. Sed rursus aiunt quidam quemadmodum cum dicimus: Persona personæ persona est, nihil differt, et non propterea una persona est omnes hypostases; et veluti essentia nihil differt ab essentia, et non ideo una substantia omnes substantiæ sunt: sic etiam dicere possemus, Deus a Deo nihil differt, et non propterea unus Deus, tres sunt personæ de quibus Deus prædicatur: et rursus, Homo homini nihil interest, dicentes, non tollimus tres homines esse Petrum et Paulum et Barnabam. Sed enim differt substantia a substantia: et non quatenus substantia, sed quatenus talis quædam substantia est: et hypostasis ab hypostasi differt, quatenus talis quædam subsistentia est, et homo ab homine qua talis quidam homo est: itemque Deus a Deo quatenus talis Deus: ut vero dicatur, talis aut talis, de duobus atque pluribus dici consuevit: verum isthæc quidem illi: nos autem ostendemus totum istud captiosum et commentitium esse: iis ipsis quæ dicta sunt ad usum adhibitæ, et non oportere talem Deum et talem, aut talem

hominem atque talem dicere probantes; verum talem Dei personam et talem subsistentiam hominis; nam multas unius hominis hypostases, et tres unius Dei personas jure dicimus. Quamobrem quod tale dicitur discernere vult aliquid a quodam participante nomen illud cui tale quid adjicitur. Quemadmodum animal tale dicimus hominem, cum ipsum distinguere volumus ab equo, verbi gratia, qui commune quidem nomen animalis habet cum ipso, sed ab eo distinguitur per rationale et brutum. Discernitur autem aliquid ab aliquo, aut substantia, aut persona, aut essentia, atque persona ac substantia quidem distinguitur homo ab equo, persona vero Paulus a Petro; essentia autem et subsistentia, hæc hominis subsistentia ab hac equi subsistentia. Verum patefacta ratione eorum quæ secundum subsistentiam, at non secundum essentiam differunt: manifesta quoque fiet ratio eorum quæ secundum substantiam distincta sunt. Nam quod tum ea quæ secundum essentiam differunt duæ tresve essentia dicantur, tum ea quæ secundum subsistentiam dissident, eodem modo duæ vel tres hypostases enuntientur, et ipsi fatentur et nos: differimus autem in eo quod in Petro quidem et Paulo aiunt dicere oportere homines: nos vero non proprie et secundum rationem scientificam: una quippe ratio nunc est a communi atque abusivo usu. Hic enim neque ad exitium alicujus, neque ad constitutionem valet. Enimvero nobis prius perspicue declaretur, cujus rei causa hominem et equum et canem differre dicamus, quatenus talis quædam substantia, utique valde manifestum est, quod a se invicem differunt, juxta ea quæ separare solent essentias, nempe rationabili et irrationali, hinnibili et latrabili, et si aliqua hujusmodi sit differentia. Nam dicere substantiam talem, nihil aliud est dicere quam existentiam vitæ participem ad distinctionem illius, quæ non est ejusmodi; vel, existentiam quæ nata est apta ad ratiocinandum, ut discernatur ab ea quæ bruta natura prædita est: aut existentiam quæ insignita est nota habilitatis ad hinnendum; et si quid tale occurrat. Etenim loco hujusmodi differentiarum et propriorum loco, præponitur substantiæ, aut etiam cuivis generi, ad distinctionem specierum ipsi subjectarum, nempe ejusmodi aut tale quod animal, pro rationabili, vel rationis experte. Ac rursus dicimus, Petrus differt a Paulo, quatenus talis quædam hypostasis eorum cuique est, quandoquidem differunt a se invicem, secundum quædam eorum quæ hypostasim, et non subsistentiam, constituere solent: cujusmodi sunt calvities, statura, paternitas, filiatio, et si quod tale est. Nam perspicuum est, non idem esse speciem et individuum, itemque substantiam et hypostasim: subsistentia enim statim audientis mentem transfert ad quærendum crispum, cæsius, patrem, filium, ac si quid simile. Dico vero speciem, nempe substantiam ad cognoscendum animal rationabile, mortale, mentis et scientiæ capax, et animal rationis expertis, mortale, hinnibile, et cætera ejusmodi. Porro non idem sunt substantiæ et individuum, quod est hypostasis; neque eadem quæ designant ac notant hanc et illam. Quod si hæc eadem non sunt, neque

A φέρε εἰπεῖν, κοινωνοῦντος αὐτῶ κατὰ τοῦνομα τοῦ ζῶου· διαφέροντος δὲ τῷ λογικῷ καὶ τῷ ἀλόγῳ. Διακρίνεται δὲ τί τις, ἢ οὐσία, ἢ ὑπόστασις, ἢ οὐσία καὶ ὑπόστασις· καὶ οὐσία μὲν διακρίνεται ὁ ἄνθρωπος τοῦ ἔππου· ὑπόστασις δὲ Παῦλος, Πέτρον. Οὐσία δὲ καὶ ὑπόστασις, ἦδε ἐστὶν ἡ ὑπόστασις τοῦ ἀνθρώπου, τῆσδε ὑπόστασις τοῦ ἔππου. Ἄλλὰ φανερομένου τοῦ λόγου τῶν κατ' οὐσίαν ἀπλῶς, καὶ τῶν καθ' ὑπόστασιν καὶ οὐ κατ' οὐσίαν διαφερόντων, πρόδηλος ἐστὶ καὶ ὁ παρὰ τῶν κατ' οὐσίαν διακεκριμένων λόγος. Ὅτι μὲν γὰρ καὶ τὰ διαφέροντα κατ' οὐσίαν, λέγονται δύο ἢ τρεῖς οὐσίαι· καὶ τὰ διαφέροντα καθ' ὑπόστασιν, ὡσαύτως λέγονται δύο καὶ τρεῖς ὑποστάσεις, ὁμολογοῦσι καὶ αὐτοὶ, καὶ ἡμεῖς. Διαφέρμεθα δὲ, ὅτι ἐπὶ μὲν Πέτρον καὶ Παῦλον φασι εἶναι λέγειν ἀνθρώπους. Ἡμεῖς δὲ οὐ κυρίως καὶ κατὰ τὸν ἐπιστημονικὸν λόγον. Οὐδὲ εἰς γὰρ λόγος νῦν παρὰ κοινῆς τε καὶ καταχρηστικῆς χρήσεως. Αὕτη γὰρ οὐδὲ πρὸς ἀναρρεσίην τινος οὐτε πρὸς σύστασιν ἰσχύει. Σαφηνιζέσθω τοιγαροῦν πρότερον ἡμῖν τὸν ἄνθρωπον καὶ τὸν ἔππον, ἢ τὸν ἔππον καὶ τὸν κύνα τίνος χάριν διαφέρειν λέγομεν, καθὼς τοιαύδε οὐσίαι· ἢ πρόδηλον, ὅτι ἐπεὶ διαφέρουσιν ἀλλήλων κατὰ τὰ χωρίζειν οὐσίας εἰωθότα· ὅσον λογικῷ καὶ ἀλόγῳ, χρεμετιστικῷ, ὑλατικῷ· καὶ εἰ τι τοιοῦτον. Τὸ γὰρ λέγειν οὐσίαν τοιάνδε, οὐδὲν ἕτερον λέγομεν, ἢ ὑπαρξίν ζωῆς μετέχουσαν πρὸς ἀντιδιαστολήν, τῆς μὴ τοιαύτης, ἢ ὑπαρξίν λογίζεσθαι πεφυκυῖαν, πρὸς διάκρισιν τῆς ἀλογίᾳ διαφερούσης· ἢ ὑπαρξίν, τὸ χρεμετιστικὸν ἔχουσαν χαρακτηριστικὸν, καὶ εἰ τι τοιοῦτον. Ἄντι γὰρ τοιοῦτων διαφορῶν καὶ ἰδίων, προτίθεται τῇ οὐσίᾳ, ἢ καὶ παντὶ γένει, πρὸς διάκρισιν τῶν ὑπ' αὐτὸ εἰδῶν τὸ τοιάνδε, ἢ τοιάνδε ζῶον ἀντὶ τοῦ λογικόν, ἢ ἄλογον. Καὶ πάλιν λέγομεν. Διαφέρει Πέτρον Παύλου, καθὼς τοιαύδε ὑπόστασις ἐκάστῳ αὐτῶν· ἐπεὶ διαφέρουσιν ἀλλήλων κατὰ τὰ ἐνα τῶν ὑπόστασιν καὶ οὐκ οὐσίαν σινιστῆν πεφυκότων· ὅσον φαλακρότητα, μακρότητα, πατρότητα, υἱότητα· καὶ εἰ τι τοιοῦτον. Πρόδηλον γὰρ ὡς οὐ ταῦτὸν εἶδος καὶ ἄτομον· τοῦτο οὐσία καὶ ὑπόστασις· ἢ γὰρ ὑπόστασις εὐθύς τὴν διάνοιαν τοῦ ἀχρωμένου παράγει πρὸς τὸ ζητῆσαι οὐλήν, γλαυκόν, πατέρα, υἱόν, καὶ εἰ τι ὅμοιον. Λέγω δὲ εἶδος, τοῦτο ἐστὶν οὐσίαν πρὸς τὸ γινῶναι δηλονότι ζῶον λογικόν, θνητὸν, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν, ζῶον μὴ λογικόν, θνητὸν, χρεμετιστικόν, καὶ τὰ τοιαῦτα· εἰ δὲ μὴ ταῦτὸν οὐσία καὶ ἄτομον, ὅπερ ἐστὶν ὑπόστασις· οὐδὲ πατέρα τὰ χαρακτηρισίζοντα ταύτην τε κάκελιν. Εἰ δὲ καὶ ταύτην ταῦτά, οὐδὲ τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασι δυνατὸν συνάπτεσθαι· ἀλλὰ τὰ μὲν, τοῖς κατ' οὐσίαν, ἢ οὐσίας κειμένους· τὰ δὲ, τοῖς κατὰ ἄτομον λεγομένοις.

etiam nominibus iisdem conjungi possunt; sed hæc quidem iis quæ aut secundum essentiam, aut substantiis imponuntur; illa autem iis quæ secundum individuum dicuntur, congruunt.

Tria τοίνυν ἔστιν ὀνόματα περὶ ὧν ἡ ζήτησις, A Tria igitur nomina sunt de quibus quæstio est, οὐσία, ἄτομον, ἄνθρωπος· καὶ τῇ μὲν οὐσίᾳ συνάπτομεν τὰ τοιαῦτα, καὶ συζεύγνυμεν, πρὸς διάκρισιν, ὡς εἶπον, τῶν ὑπ' αὐτὴν εἰδῶν κατ' οὐσίαν ἀλλήλων διαφερόντων. Τῇ δὲ ὑποστάσει πάλιν ὁμοίως τὰ τοιαῦτα συζεύγνυμεν, πρὸς διαίρεσιν προσώπων τῶν ἀλλήλοις κοινωνούντων τούτου τοῦ ὀνόματος, τουτέστι τῆς ὑποστάσεως, διαφερόντων ἀλλήλων οὐ τοῖς οὐσίαις χαρακτηρίζουσιν, ἀλλὰ τοῖς λεγομένοις συμβεβηκόσιν. Τίνι οὖν βούλονται τρόπῳ συνάψαι τῷ ἄνθρωπος ὀνόματι τὸ τοιοῦδε; Ἐκ γὰρ τῶν κοινῶς ὁμολογούμενων τὰ ἀμφιβαλλόμενα δέχεται τὴν λύσιν· ὡς τῇ οὐσίᾳ ἔσται τὰ ὑπ' αὐτὴν οὐσιώδεις διαφορᾶ διακεκριμένα ἀλλήλων· ὅπερ οὐκ ἔστιν. Οὐδὲν γὰρ διαφέρει κατ' οὐσίαν Παῦλος Πέτρου, καθ' ὧν κατηγορεῖται τὸ ἄνθρωπος· ἀλλ' ὡς τῇ ὑποστάσει προσώπου. Ἄρα δηλωτικὸν τὸ B ἄνθρωπος οὐκ οὐσίας, ὅπερ ἄτοπον λέγειν· τὸ κοινὸν γὰρ τῆς οὐσίας σημαίνει τὸ ἄνθρωπος, καὶ οὐκ ἰδιὸν πρόσωπον, Παύλου φέρει εἰπεῖν, ἢ Βαρνάβα. Οὐκ ἄρα οὐδὲν τρόπῳ τοιαῦτα συνέπεται τῷ ἄνθρωπος κατὰ γε τὸν ἐπιστημονικὸν λόγον. Εἰ δὲ κοινή χρῆσις ἀποροῖ τούτοις, καὶ κατακρίχεται τοῖς τῆς οὐσίας ὀνόμασιν εἰς προσώπων δηλώσιν, οὐδὲν πρὸς τὸν ἀκριθεῖ κανόνα τῆς λογικῆς ἐπιστήμης. Ἄλλὰ τί κατατρέχω τῆς συνήθους κατακρίσεως, ἀπορούσης εἰς τὰ τοιαῦτα, λανθάνων ὅτι πολλάκις κυριῶς οὐκ εὐποροῦντες, ἑτέροις καὶ αὐτοὶ κατακρίμεθα ὀνόμασι καταχρηστικοῖς πρὸς παράστασιν τοῦ λεγομένου; Πλὴν ἐκεῖνο σαφὲς ἡμῖν ἔστω, ὅτι περ εἰ ἐλέγομεν ἐπὶ Πέτρου καὶ Παύλου, Ἄνθρωπος ἀνθρώπου, ἢ ἀν- C ἄνθρωπος, οὐδὲν διαφέρει· ἀλλ' ἢ τοιοῦδος ἀνθρώπου· καὶ, οὐσία οὐσίας, ἢ οὐσία, οὐδὲν διαφέρει, ἀλλ' ἢ τοιαῦτα οὐσία, λέγειν ἐπ' αὐτῶν ἡδυνάμεθα. Εἰ δὲ τούτο λέγειν μὴ δυνατόν, ἐπεὶ καὶ ἡ αὐτὴ οὐσία Πέτρου καὶ Παύλου, οὐδὲ ἄρα οὐδὲ ἐκεῖνο· ἐπεὶ περ οὐσίας δηλωτικὸν τὸ ἄνθρωπος ὄνομα· εἰ δὲ τὸ τοιαῦτα καὶ τοιοῦτα οὐκ ἀκόλουθον συνάψαι τῷ ἄνθρωπος ὀνόματι· οὐδ' ἄρα οὐδὲ δύο, ἢ τρεῖς κυριῶς λέγομεν ἀνθρώπους. Καὶ εἰ ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου ταῦτα δέδεικται· πόσω μᾶλλον ἐπὶ τῆς ἀϊδίου καὶ θείας οὐσίας κυριώτερον ἀρμόσει τὸ μὴ τοιοῦδος Θεός καὶ τοιοῦδος λέγεσθαι τῶν ὑποστάσεων ἐκάστην· μηδὲ Θεὸν καὶ Θεὸν καὶ Θεὸν ἐκφωνεῖσθαι τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα· μηδὲ τρεῖς, κἂν ἐν τῇ ἐνθυμῆσει, δογματίζεσθαι. Συνέστηκεν οὖν ἄρα τῷ πρὸς D τῶν δικαίῳ καὶ ἀκολούθῳ καὶ ἐπιστημονικῷ τὰ τῷ λόγῳ, ὡς ἓνα Θεὸν φαμεν τὸν τῶν ἀπάντων δημιουργόν, εἰ καὶ ἐν τρισὶ προσώποις ἢ ὡς ὑποστάσει θεομελεῖται, Πατὴρ καὶ Υἱὸς καὶ ἅγιον Πνεῦματος.

Constat itaque justa et consentanea maximeque propria dissertatio nostra, quod unum Deum asserimus omnium opificem, tametsi in tribus personis seu hypostasibus consideretur, Patris, Filii et Spiritus sancti.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ
ΠΕΡΙ ΨΥΧΗΣ.

EJUSDEM S. GREGORII
DE ANIMA.

Interprete eod. Feder. Morello Profess. Reg. Decanio.

SERMO PRIMUS ^a.

Dissent fere antiqui omnes de animæ vi et natura. Democritus enim et Epicurus, et omnis Stoicorum philosophorum cætus, animam corpus esse asseverant, et illi ipsi qui corpus asserunt esse animam, de essentia ipsius dissent. Nam Stoici eam spiritum esse ignei vigoris et numine afflatum dicunt. Critias autem sanguinem, Hippon philosophus aquam; Democritus ignem; etenim figuris orbiculatas atomorum, ignem et aerem, compositas ait animam perficere. Heraclitus universi quidem animam vaporem ex humidis esse censet; animam vero, quæ in animantibus inest, evaporationibus externis, et ea quæ in ipsa insita est, unius ejusdemque generis constare. Rursus et iis qui dicunt animam incorpoream esse infinita exoritur discrepantia; cum alii substantiam eamque immortalem esse dicant; alii incorpoream quidem, non tamen substantiam, neque vero immortalem. Enimvero Thales primus animam immobilem et per se mobilem esse contendit. Pythagoras numerum se ipsum moventem. Plato essentiam intellectualem a se ipsa motum habentem per numerum harmonicum et concinnum. Aristoteles actum primum corporis naturalis, potestate vitam habentis. Dinarchus harmoniam quatuor elementorum; nec vero phthongis sonisve constantem; sed harmonicam temperiem et concentum calidorum et humidorum et frigidorum et siccorum in corpore. Perspicuum etiam est, ut ex horum numero alii animam esse substantiam proferant; Aristoteles vero et Dinarchus substantialem putant: præterea alii unam esse eandemque omnium animam arbitrantur, discretam in singula, ac rursus in se coentem, ut Manichæi et quidam alii. Sunt qui multas ac diversas specie existiment. Alii unam et multas. Prorsus ergo necesse est sermonem producere, tot opinionibus adversantem. Quapropter in genere adversus omnes qui dicunt animam corpus esse, sufficient quæ ab Ammonio doctore Plotini et Numenio Pythagorico dicta sunt, hæc nimirum:

^a Cf. Fabric. *Notitia*, supra, col. 20. Sed ne quid a nobis prætermittatur, quod habetur impressum nomine Gregorii Nysseni, sermoni *De anima* in editione hac omnium ejusdem Gregorii Operum locum fecimus

A

ΛΟΓΟΣ Α'.

Διαφωνεῖται σχεδὸν ἅπασιν τοῖς παλαιοῖς ὁ περὶ τῆς ψυχῆς λόγος. Δημόκριτος μὲν γὰρ καὶ Ἐπίκουρος, καὶ πᾶν τὸ τῶν στωϊκῶν φιλοσόφων σύστημα, σῶμα τὴν ψυχὴν ἀποφαινόμενοι· καὶ αὐτοὶ δὲ οὗτοι οἱ σῶμα τὴν ψυχὴν ἀποφαινόμενοι, διαφέρονται περὶ τῆς οὐσίας αὐτῆς. Οἱ μὲν γὰρ Στωϊκοὶ, πνεῦμα λέγουσιν αὐτὴν ἔνθερμον καὶ διάπυρον· Κριτίας δὲ αἷμα· Ἴππων δὲ ὁ φιλόσοφος ὕδωρ· Δημόκριτος δὲ πῦρ· τὰ γὰρ σφαιροειδῆ σχήματα τῶν ἀτόμων συγκρινόμενα, πῦρ τε καὶ ἄηρ, ψυχὴν ἀποτελεῖν. Ἡράκλειτος δὲ τὴν μὲν τοῦ παντὸς ψυχὴν, ἀναθυμιάσιν ἐκ τῶν ὑγρῶν τὴν δὲ ἐν τοῖς ζώοις, ἀπὸ τε τῶν ἐκτὸς καὶ τῆς ἐν αὐτῇ ἀναθυμιάσεως, ὁμογενῆ πεφυκεῖναι. Πάλιν δὲ καὶ τῶν λεγόντων ἀσώματον εἶναι τὴν ψυχὴν, ἄπειρος γέγονεν ἡ διαφωνία· τῶν μὲν οὐσίαν αὐτὴν καὶ ἀθάνατον λεγόντων· τῶν δὲ ἀσώματον μὲν, οὐ μὴν οὐσίαν, οὐδὲ ἀθάνατον. Θαλῆς μὲν γὰρ πρῶτος τὴν ψυχὴν ἔφησεν ἀκίνητον καὶ αὐτοκίνητον. Πυθαγόρας δὲ ἀριθμὸν αὐτὸν κινουῖντα. Πλάτων δὲ οὐσίαν νοητὴν, ἐξ αὐτῆς κινουμένην, κατὰ ἀριθμὸν ἐναρμόνιον. Ἀριστοτέλης δὲ ἐντελέθειαν πρῶτην σώματος φυσικοῦ, ὀργανικοῦ, δυνάμει ζωῆν ἔχοντος. Δείναρχος δὲ ἀρμονίαν τῶν τεσσάρων στοιχείων· οὐ γὰρ τὴν ἐκ τῶν φθόγγων συνισταμένην, ἀλλὰ τὴν τῶν ἐν τῷ σώματι θερμῶν καὶ ὑγρῶν, καὶ ψυχρῶν, καὶ ξηρῶν ἐναρμόνιον κρᾶσιν καὶ συμφωνίαν βούλεται λέγειν. Δῆλον δὲ ὅτι καὶ τούτων, οἱ μὲν ἄλλοι τὴν ψυχὴν εἶναι λέγουσιν οὐσίαν· Ἀριστοτέλης δὲ καὶ Δείναρχος ἐνούσιον. Ἐτι δὲ πρὸς τούτοις, οἱ μὲν μίαν εἶναι καὶ τὴν αὐτὴν τῶν πάντων ψυχὴν νενομίσασιν, κατακερματιζομένην εἰς τὰ καθέκαστα, καὶ πάλιν εἰς ἑαυτὴν συνιούσαν, ὡς οἱ Μανιχαῖοι καὶ ἄλλοι τινές. Οἱ δὲ πολλὰς καὶ διαφόρους κατ' εἶδος· οἱ δὲ μίαν καὶ πολλὰς. Πᾶσα τοίνυν ἀνάγκη μηχανῆσαι τὸν λόγον, τοσαύταις δόξαις ἀντιλέγοντα. Κοινῇ μὲν οὖν πρὸς πάντας τοὺς λέγοντας σῶμα τὴν ψυχὴν, ἀρκέσει τὰ παρὰ Ἀμμωνίου τοῦ διδασκάλου Πλωτίνου, καὶ Νουμηνίου τοῦ Πυθαγορικοῦ εἰρημένα· εἰσι δὲ ταῦτα·

καὶ τούτων· οἱ μὲν ἄλλοι τὴν ψυχὴν εἶναι λέγουσιν οὐσίαν· Ἀριστοτέλης δὲ καὶ Δείναρχος ἐνούσιον. Ἐτι δὲ πρὸς τούτοις, οἱ μὲν μίαν εἶναι καὶ τὴν αὐτὴν τῶν πάντων ψυχὴν νενομίσασιν, κατακερματιζομένην εἰς τὰ καθέκαστα, καὶ πάλιν εἰς ἑαυτὴν συνιούσαν, ὡς οἱ Μανιχαῖοι καὶ ἄλλοι τινές. Οἱ δὲ πολλὰς καὶ διαφόρους κατ' εἶδος· οἱ δὲ μίαν καὶ πολλὰς. Πᾶσα τοίνυν ἀνάγκη μηχανῆσαι τὸν λόγον, τοσαύταις δόξαις ἀντιλέγοντα. Κοινῇ μὲν οὖν πρὸς πάντας τοὺς λέγοντας σῶμα τὴν ψυχὴν, ἀρκέσει τὰ παρὰ Ἀμμωνίου τοῦ διδασκάλου Πλωτίνου, καὶ Νουμηνίου τοῦ Πυθαγορικοῦ εἰρημένα· εἰσι δὲ ταῦτα·

 βάνειν τὰς οὐσίας, λέληθεν ἑαυτὸν σύνθετον ἐξ ἀνο-
 μοίων κατασκευάζων τὸ θεῖον· ὡς ἄλλο μὲν τι νοεῖν
 εἶναι τὸ ὑποκείμενον· ἕτερον δὲ πάλιν τὸ μετεχόμε-
 νο· οὗ κατὰ μετουσίαν ἐν τῷ ἀγαθῷ γίνονται, τὸ μὴ
 τοιοῦτον εἶναι. Εἰ δὲ ἀληθῶς ἀπλήν καὶ πάντη μίαν
 ἐκείνη τὴν οὐσίαν, αὐτὸ ὅπερ ἔστιν ἀγαθὸν οὐσαν, οὐ D
 γινόμενην ἐξ ἐπίκτησεως, οὐκ ἂν τὸ μείζον, καὶ τὸ
 ἕλαττον περὶ αὐτὴν ἐλογίζετο. Εἴρητο γὰρ καὶ ἐν τοῖς
 ἐμπροσθεν, ὅτι μόνῃ τῇ τοῦ κακοῦ παρουσίᾳ τὰ ἀγα-
 θὰ κατασμικρύνεται. Ἐφ' ὧν δὲ ἡ φύσις ἀνεπίδεκτός
 ἐστι τοῦ χειρόνος, ὅρος οὐκ ἐπινοεῖται τῆς ἀγαθότη-
 τος· τὸ δὲ ἀόριστον, οὐ τῇ πρὸς ἕτερον σχέσει τοιοῦ-
 τόν ἐστιν, ἀλλ' αὐτὸ τὸ καθ' ἑαυτὸ νοούμενον, ἐκφεύγει
 τὸν ἔρον· ἀπειρον δὲ ἀπειρον, πλέον καὶ ἕλαττον λέ-
 γειν, οὐκ οἶδα ὡς λελογισμένον συνθήσεται· ὥστε εἰ
 ἀπλήν ὁμολογεῖ τὴν ὑπερκειμένην οὐσίαν, καὶ οἰκείως
 ἔχειν αὐτὴν πρὸς ἑαυτὴν, συντιθέσθω τῇ κατὰ τὸ
 ἀπλήν, καὶ ἀπειρον κοινῶς συναπτομένην. Εἰ δὲ δι-

mera libidine, et sine ulla probatione effutitur, esse
 quod dici solet, nugas aniles, et gerras germanas,
 nullius prorsus momenti et efficacix ad demon-
 strandum id, quod per eam quæritur, quando vi-
 delicet nihil firmamenti neque ex sacra Scriptura,
 neque ex ratiocinationibus humani ingenii, iis, quæ
 asseruntur, accedit. Et hæc quidem hactenus.

Nos vero verba Eunomii excutiamus. *Simplicem*
esse et omni modo unam quamlibet harum substan-
tiarum affirmat : quas oratione sua expressit. Cæ-
 terum simplicem esse divinam illam et beatam,
 omnibusque supereminentem naturam, neque agre-
 stes admodum et hebetes ingenio negaturos esse
 puto. Quomodo enim quis naturam illam speciei
 et figurarum varietatis expertem, et omni quanti-
 tate, quæ in magnitudine visitur, separatam, cre-
 dat esse multiformem et compositam (a)? Quod vero
 juxta dogma ab istis confictum sublimis illa, et
 super aliarum rerum ordinem posita substantia
 simplex non sit (licet alioquin verbis pulchre sim-
 plicitatem asserant), facile deprehendet, quisquis
 paululum mentem advertere voluerit. Nam quis
 ignorat, quod simplicitas secundum suam pro-
 priam rationem in sanctissima Trinitate remissio-
 nem et intensionem non recipiat? in qua enim na-
 tura misionem et concursum qualitatum invenire
 non est, quin potius in qua impartibilem, et
 compositionis plane expertem facultatem animo
 concipimus : quomodo quis intensionis et remis-
 sionis diversitatem aliquo modo cogitatione con-
 plectetur? Necesse enim est, ut is, qui differentiam
 in his statuit, qualitatum quarundam confluum
 circa subjectum concedat; quia vel per excessum,
 vel per defectum differentiam in his considerat;
 et per hoc quantitatis rationem ei, quod quæritur,
 superinducit; vel in bonitate, potentia, sapientia,
 vel si quid aliud in divina natura inesse posse
 cogitatur, redundantiam, vel imminutionem astruit;
 et sic compositionis rationem non evitabit; nam
 sapientiam, potentiam et hujus generis alia bona,
 sine imminutione ac defectu possidet id, cui bon-
 num non est adventitium; sed ipsum quale est,
 tale natura sua est. Itaque qui asserit majores
 et minores esse in divina natura substantias, is
 imprudens divinum numen ex inæqualibus compo-
 situm efficit, ut aliud concipiamus esse subjectum,
 aliud vero id, quod participatur : cujus secundum
 communicationem in bono fiat id, quod non est
 tale. Quod si vere simplicem omnique modo unam
 existimasset substantiam, ipsamque sicuti est,
 bonitatem, non ex acquisitione bonitatis ejusmodi
 factam esse credidisset, haudquaquam intensionem
 et remissionem in ea statuisset; nam prius quo-
 que diximus solam mali præsentiam bona immi-
 nuere. In his autem, quorum natura deterioris
 non est capax, non licet terminum bonitatis ani-

mo comprehendere. At infinitum non est tali habitudine ad aliud; sed ipsum secundum seipsum spectatum, nullo termino coercetur. Porro infinitum infinito plus minusve habere, nescio quomodo concessurus sit is, qui rem accuratius perpenderit. Itaque si substantiam illam supernam fatetur esse simplicem, secumque ipsam sine dissensione convenientem, necesse est, ut concedat eam quoque in communicatione simplicitatis et infinitatis junctim convenire. Si vero substantias ab invicem discriminat, et quasi alienat aliam Unigeniti a substantia Patris, et aliam Spiritus sancti a substantia Filii statuens, intensionemque et remissionem ipsis attribuit; non fallat nos occultis insidiis, dum verbo quidem simplicitatem asserit, reipsa vero compositionem Dei affingit.

Sed jam rursus verba illius ordine resumamus. Ait: *Cum sincera sit et simplex substantia ac prorsus una, talisque cogitetur et intelligatur secundum propriam dignitatem. Quid sibi vult illud, secundum propriam dignitatem?* Si enim existimat substantias esse dignitate pares, inanis certe et superflua fuerit horum verborum appositio, utpote in rebus certis, et omnium confessione perspicuis immorans; sed danda est venia fortassis dictionis in tempestivæ usurpationi, cum melior et sanior de Deo existimatio non repudiet hanc orationis inanitatem et superfluitatem. Verum non imminet ei periculum committendi peccata verborum (facile enim medicabilis morbus est), sed longe pejora molitur, et impie aggredi tentat. Nam simplicem dicit quamlibet trium substantiarum secundum propriam dignitatem, ut decretis suis, quæ ab initio sancivit, de prima, secunda, et tertia substantia, pervertatur quoque simplicitatis ratio. Nam quemadmodum solam supremam, et solam propriam Patris substantiam nominavit, nihil horum Filio vel Spiritui sancto assignans, videlicet neque supremæ, neque maxime propriæ appellationem; eodem modo cum substantias simplices nominat, arbitratur cuilibet simplicitatis rationem concedendam esse, secundum modum et mensuram dignitatis, qua pullet, ut prima quidem et maxime propria substantia quasi in arce et culmine simplicitatis constituatur; secunda, proportionem quadam secundum mensuram distantie a prima, simplicitatis rationem participet; et tertia similiter tantum a perfecta simplicitate recedat, quantum necesse est proportionem et statum dignitatis imminui, adeo ut ex hoc sequatur, Patris quidem substantiam, pure et mere simplicem esse; Filii vero substantiam non simpliciter simplicem esse, sed aliquid compositionis admistum habere; sancti Spiritus autem substantiam plurimum de compositionis natura participare, cum simplicitatis ratio in extremis paulatim imminuatur; et sicuti illud, quod non est perfecte bonum, in parte quadam sione, asseritur: ita id, quod non omnino simplex positum esse.

Quod autem hæc spectans, isto loquendi genere sit usus, manifestius fiet ex sequentibus, ubi aperit us et clarius existimationem Filio et Spiritui sancto debitam ad humiles quasdam et abjectas opiniones deducit. Cum enim, inquit, operibus cir-

Α Ιστησι, και αποξενοι τας ουσιας απ' αλληλων, ελλην του Μονογενοϋς παρα τον Πατέρα, ετεραν δε την του Πνεϋματος παρα την του Μονογενοϋς εννοων, και το πλεον και το ελαττον επ' αυτων λεγει, μη λανθανετω τω μεν δοκειν το απλου χαριζομενος, τη δε αληθεια κατασκευαζων το συνθετον.

Πάλιν δὲ τὸν βηθένα παρ' αὐτοῦ λόγον καθεξῆς ἀναλάβωμεν. *Ελλικρινοῦς*, φησὶν, *ἀπλῆς τῆς οὐσίας, καὶ πάντη μιᾶς οὐσίας καὶ νοουμένης κατὰ τὴν ἰδίαν ἀξίαν*. Τί βούλεται τὸ κατὰ τὴν ἰδίαν ἀξίαν; Εἰ μὲν γὰρ ἐν κοινότητι τῆς ἀξίας θεωρεῖ τὰς οὐσίας, περισσὴ μὲν καὶ οὕτως ἦν, καὶ παρελκουσα ἡ προσθήκη τοῦ λόγου τοῖς ὁμολογουμένοις γένεσιν ἐνδιατριβουσα· πλὴν ἀλλ' εἶχ' ἐτι συγγνωστὸν ἴσως ἡ ἀκαιρία τῆς λέξεως, τῆς εὐσεβεστέρας ἐννοίας οὐκ ἀπόβλητον ποιούσης τὸ μάταιον, καὶ περιβήρον τοῦ λόγου. Νῦν δὲ οὐ μέχρι τῆς τῶν βημάτων αὐτῶ ἐπιμαρτίας ἐστὶν ὁ κίνδυνος· (ἡ γὰρ ἂν εὐλατος ἦν τὸ ἀβρώστημα) ἀλλ' ἐτι τῶν πονηρῶν ἔχεται τεχνασμάτων. Ἀπλῆν γὰρ λέγει τῶν τριῶν οὐσιῶν ἐκάστην κατὰ τὴν ἰδίαν ἀξίαν· ἵνα τοῖς ἐξ ἀρχῆς βηθεῖσιν αὐτῶ διορισμοῖς, περὶ τῆς πρώτης τε καὶ δευτέρας, καὶ τρίτης οὐσίας, καὶ ὁ τῆς ἀπλότητος συγκαουργῆται λόγος. Ὅσπερ γὰρ μόνην ἀνωτάτω, καὶ μόνην κυρίαν τὴν τοῦ Πατρὸς προσηγόρευσεν οὐσίαν, οὐδὲν τούτων ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ Πνεύματος ὁμολογήσας, οὔτε τὴν ἄνω φωνήν, οὔτε τὴν κυρωτάτην· κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, καὶ ἀπλᾶς προσειπὼν τὰς οὐσίας, κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἐπιθεωρουμένης ἐκάστης ἀξίας, καὶ τὴν τῆς ἀπλότητος ἐννοιαν ἐφαρμοζέειν οἴεται χρῆνα· ὡς τῆς μὲν κυριωτάτης, καὶ πρώτης, ἐν τῇ ἀκρα καὶ τελείᾳ θεωρουμένης ἀπλότητι, τῆς δὲ δευτέρας ἀναλόγως, κατὰ τὸ μέτρον τῆς τῶν πρωτέων ὑφέσεως, καὶ τὸν τῆς ἀπλότητος λόγον ὑποστελλούσης· καὶ ἐπὶ τῆς τελευταίας ὡσαύτως τοσοῦτον ὑποκαταβαίνει τῆς τελείας ἀπλότητος, ὅσον καὶ ἡ ἀναλογία τοῦ ἀξιώματος· ἐπὶ τῶν ἐσχάτων κατασμιχρύνεται· ὡς ἐκ τούτου· συμβαίνει τὴν μὲν τοῦ Πατρὸς οὐσίαν ἀπλῆν καθαρῶν ὑπονοεῖσθαι· τὴν δὲ τοῦ Υἱοῦ, μὴ ἀκριβῶς ἀπλῆν ἀλλὰ καὶ τῆς συνθέτου φύσεως αὐτῇ παραμειχθαι τοῦ δὲ ἁγίου Πνεύματος πλεονάζειν ἐν τῷ συνθέτῳ τὴν φύσιν, τοῦ τῆς ἀπλότητος λόγου κατ' ὀλίγον ἐν τοῖς ἐσχάτοις ἐλαττουμένου. Ὅσπερ γὰρ τὸ μὴ τελείῳ ἀγαθῷ μέρει τιμὴ τῆς ἐναντίας ἕξεως μετέχειν ὁμοιολεγεῖται, οὕτως ὁ μὴ παντελῶς ἐστὶν ἀπλοῦν, οὐ διαφεύγει τὸ μὴ σύνθετον εἶναι δοκεῖν.

contrarii habitus consors esse, omnium confes-
est, effugere haud potest, quominus videatur con-

Καὶ ὅτι ταῦτα νοῶν τοῦτοις τοῖς λόγοις κέχρηται, δὲ τῶν ἐφεξῆς σαφέστερον δείκνυται, δι' ὧν φανερώτερε εἰς χαμαιζήλους τινὰς καὶ ταπεινὰς ὑπολήψεις κα-
ἀγει τὴν περὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ Πνεύματος ἐννοιαν. Στιγ-
περιγραφόμενων, φησὶ, τοῖς ἔργοις τῶν ἐνεργειῶν

καὶ τῶν ἔργων ταῖς τῶν ἐργασαμένων ἐνεργείαις παραμετρομένων, ἀνάγκη εἶη καὶ τὰς ἐκάστη τῶν οὐσιῶν ἐπομένως ἐνεργείας, ἐλάττους τε καὶ μείζους εἶναι· καὶ τὰς μὲν πρώτην, τὰς δὲ δευτέραν ἐπέχειν τάξιν. Ταῦτα γὰρ εἰ καὶ φιλοπόνως τῆ ὁμίλῃ τῆς λέξεως συγκαλύφας δυσθήρατον αὐτῶν τὴν ἔνοιαν εἶναι τοῖς πολλοῖς παρεσκεύασεν· ἀλλ' οὖν ἐν τῆς ἀκολουθίας τῶν ἐξητασμένων εὐκόλως σαφηνισθήσεται. Συμπεριγραφομένων, φησὶ, τοῖς ἔργοις τῶν ἐνεργειῶν. Ἔργα ὀνομάζει τὸν Υἱὸν, καὶ Πνεῦμα· ἐνεργείας δὲ τὰς ἀποτελεστικὰς τοῦτων δυνάμεις, δι' ὧν ἀπειργάσθησαν, ἄσπερ μικρῶ πρόσθεν ἔπεσθαι φησὶ ταῖς οὐσίαις. Ἡ δὲ τοῦ συμπεριγράφεσθαι λέξις δηλοῖ τὸ ἰσοστάσιον τῆς ἀποτελεσθείσης οὐσίας πρὸς τὴν ὑποστήσασαν δύναμιν· μᾶλλον δὲ οὐχὶ δύναμιν, ἀλλὰ δυνάμειος ἐνεργείαν· καθὼς αὐτὸς ὀνομάζει· ἵνα μὴ πάσης τῆς τοῦ ἐνεργοῦντος δυνάμειος ἔργον ἢ τὸ ἀποτέλεσμα, ἀλλὰ τινος μερικῆς ἐνεργείας, τοσοῦτον τῆς πάσης δυνάμειος κινήσεως, ὅσον σύμμετρον ἐμελλε τῆ ἀπεργασίᾳ τοῦ γινομένου φανῆσθαι. Καὶ πάλιν τὸ αὐτὸ ἐπαναστρέψας φησὶ, Καὶ τῶν ἔργων ταῖς τῶν ἐργασαμένων ἐνεργείαις παραμετρομένων. Τοῦτων δὲ οὐδὲ γένοιτο ἂν ἡμῖν δι' ὑποδείγματος γνωριμώτερος. Ὑποθώμεθα γὰρ ἐπὶ ὄργανον τινὸς τῶν σκυτοτομικῶν εἶναι τὸν λόγον οὕτω· τὸ σμίλιον εἰς κύκλου σχῆμα περιηγμένον, ἐὰν ἐπιβληθῆ τινὶ ᾧ χρῆ τὸν τοιοῦτον ἐγγενέσθαι τύπον, συμπεριγράφεται τῷ σχήματι τοῦ σιδήρου τὸ δι' αὐτοῦ ἐντεμνόμενον, καὶ τοσοῦτος ὁ ἐν τῆ τομῇ κύκλος δειχθήσεται, ὅσος ἐν τῷ ὄργανῳ ἐστὶ· καὶ πάλιν, ὅταν διαστήματι περιῆχται τὸ ὄργανον, τοσοῦτον καὶ διὰ τῆς τομῆς περιγράφει τὸν κύκλον. Τοιαύτη τοῦ θεολόγου ἡ ἔννοια περὶ τῆς θείας τοῦ Μονογενοῦς ὑποστάσεως. Ἐνεργείαν τινὰ καθάπερ ὄργανον τῆ ἡρώτου οὐσία παρεπομένην φησὶν ἐαυτῆ ἔργον πεποιηκέναι τὸν Κύριον· οὕτως εἶδε τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ δοξάζειν, τὸν ἐν τῆ δόξῃ τοῦ Πατρὸς νῦν δοξαζόμενον, καὶ ἐν τῷ καιρῷ τῆς κρίσεως ἐκκαλυφθὲν· τοῦτόν φησιν ἔργον εἶναι, τῆ ἐργασαμένη αὐτὸν ἐνεργείᾳ παραμετρεῖσθαι. Τίς τοίνυν ἡ ἐνεργεία, ἡ τῷ Θεῷ μὲν τῶν ὄλων παρεπομένη· πρὸ δὲ τοῦ Μονογενοῦς νοουμένη, καὶ περιγράφουσα αὐτοῦ τὴν οὐσίαν; Δυνάμεις τις οὐσιώδης καθ' ἑαυτὴν ὑφ' ἐστῶσα, καὶ τὸ δοκοῦν ἐργαζομένη δι' αὐτεξουσίου κινήματος; Οὐκοῦν αὐτῆ, Πατὴρ τοῦ Κυρίου· καὶ τί ἐτι ἐπιθρολλεῖται τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ ἢ τοῦ Πατρὸς κλήσις, εἰ μὴ ἐκεῖνος, ἀλλὰ τις ἐνεργεία τῶν ἐξωθεν παρεπομένων τὸν Υἱὸν ἀπειργάσατο; πῶς δὲ Υἱὸς, ὁ Υἱὸς· ἔν δι' ἑτέρου μὲν τινος ὑποστῆναι λέγει, καθάπερ δὲ τινὰ τῶν ὑποβολιμαίων (ὡς δὲ εἴη τῷ λόγῳ ἢ Κύριος), οὕτω τὴν οὐκείνητα τοῦ Πατρὸς ὑποδέσθαι μόνῃ τῆ προσήγορίᾳ τοῦ Υἱοῦ τετιμημένον; πῶς δὲ μετὰ τὸν Θεὸν τῶν ὄλων, καὶ τὸν Κύριον τάξει ὁ τρίτον ἐκ τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν ἀριθμῶν, τῆς μεσιτευσούσης ἐνεργείας ἐκεῖνης ἐν δευτέρᾳ τάξει μετὰ τὸν ἐκ πάντων Θεὸν ἀριθμουμένης, κατὰ δὲ τὴν ἀκολουθεῖν ταύτην, καὶ Πνεῦμα τὸ ἅγιον πάντως οὐκέτι ἐν

circumscribantur energiae seu operationes, et ipsis etiam operibus operantium operationes commensurentur et adaequantur, necesse est operationes, quæ ad quamlibet substantiarum consequuntur, majores et minores esse, et has quidem primas, illas vero secundas tenere. Hæc enim licet studiose verborum caligine cooperta sensum contineant intellectu et explicatu multis valde difficilem, tamen ex progressu refutationis facile elucescent. Cum circumscribantur, inquit, operibus operationes. Opera nominat Filium et Spiritum, operationes vero productrices horum facultates, quibus producti sunt, quas paulo antea dixit sequi ad substantias. At vero vox circumscribendi significat æqualem statum productæ substantiæ cum facultate, quæ illam producere potest; vel potius non cum facultate, sed cum facultatis operatione, quemadmodum ipse nominat, ne universæ facultatis ejus, qui operatur, opus sit, sed cujusdam particularis operationis, tantum videlicet ex totius facultatis viribus manante: quantum videri potest par et ex æquo respondens effectioni ejus, quod productum est. Rursumque idem inculcans ait: Cumque opera ipsis etiam operationibus commensurentur et adaequantur; quorum verborum sensus clarior fiet allatis exemplis. Ponamus de instrumento aliquo sutorio sermonem esse in hunc modum: scalprum in circuli modum conformatum, si imponatur alicui, in quo quis typum ejus et figuram exprimere velit, tunc id quod sciinditur, formam et figuram ferri recipit; et tantus est in sectione ambitus, quantum in instrumento, quantoque intervallo circumductum est instrumentum, tantum in sectione etiam circulum describet. Talis est theologi hujus cogitatio de divina unigeniti Filii hypostasi. Ait, Operationem quamdam, quasi instrumentum, quæ ad primam substantiam sequatur, effecisse opus sibi commensuratum, videlicet Dominum nostrum: sic enim glorificat iste Filium Dei, qui in gloria Patris²⁴ nunc glorificatur, hunc asserit opus commensuratum, et certa proportionem respondens ei, qua effectus sit, operationi. Quæ igitur est hæc energia et operatio, quæ Deum quidem universorum sequatur, et ante Unigenitum præconcipturam circumscribens ipsius substantiam? Estne essentialis quædam potentia, per seipsam subsistens, et arbitrato suo, per liberam voluntatis actionem id, quod placet, operans? Igitur ipsa est, Pater Domini: et cur amplius nomen Patris Deo universorum attribuimus, si non ipse, sed energia quædam, et operatio extrinsecus consequens et adveniens Filium produxit? Et quomodo Filius est Filius, quem per aliud quiddam subsistere, et instar supposititii cujusdam et spiritus (det veniam orationi Dominus) in Patris consortium irrepsisse, et sola Filii appellatione honestatum esse dicit? Quomodo collocabit post Deum universorum, Filium; qui tertium a Patre numerat

²⁴ Philipp. II, 11.

Filium, collocata media illa energia seu operatione secundo loco? Hac serie Spiritus sanctus non tenebit amplius locum tertium, sed quintum: operatione, quæ ad substantiam Unigeniti sequitur, et per quam Spiritus sanctus subsistit, ut Eunomius putat, media interjecta.

Sed et illud evangelistæ, *Omnia per ipsum facta sunt*³⁷, hac ratione vanum et falsum efficietur, alia quadam substantia antiquiore, quam sit Unigenitus, ab hoc novo theologo conficta, cui meliorem jure causa omnis creationis et creaturæ accepta feratur, cum ipsius etiam Unigeniti productio secundum hanc opinionem ab illa energia et operatione pendeat. Quod si has absurditates vitare volens, asserat operationem illam esse rem non subsistentem, rursus explicet nobis, quomodo ad id, quod existit, sequatur id, quod non existit, et quomodo id, quod non subsistit, efficiat eum, qui existit. Ex his certe efficitur a Deo prodire ea, quæ non existunt, et causam rerum esse ea, quæ non sunt: et ea quæ natura sua non subsistunt, circumscribere eorum, quæ subsistunt, naturam: omnisque creaturæ vis effectrix et productrix continebitur secundum propriam suam rationem eo quod non subsistit. Talia sunt istius theologi placita, qui Dominum cæli et terræ, et omnis creaturæ conditorem, Verbum Dei, quod in principio erat, et per quod omnia facta sunt, subsistere docet ex non existente vel subsistente re quadam vel conceptione, vel nescio quo alio nomine fictam ab ipso energiam et operationem appellare liceat, ipsaque non existentia, velut septem quodam et limite, undique circumscriptum et obseptum esse: at non intelligit is qui invisibilia se videre jactitat, in quidnam oratio tandem desinat. Si enim operatio Dei non subsistit, hacque circumscribitur et quasi ambitur, illud, quod a non existentia producitur, omnino necesse est, ut secundum naturam suam effectus ejusmodi judicetur, qualis est natura ejus, quod iste comminiscitur, effectum produxisse; nam quod a non-existentia effectum est, eaque comprehensum includitur, id quale sit, satis liquet: nimirum non ens, seu nihil. Neque enim ita natura comparatum est, ut contraria contrariis comprehendantur et circumscribantur, puta ab igne aqua, a morte vita, a tenebris lumen, ab ente non ens. Sed hæc quidem præ nimia sapientia, aut non intelligit, aut sciens volensque cæcutit ad veritatem.

Porro ex necessitate quadam imminutionem in substantia et hypostasi Filii ponit; iterumque in Spiritu sancto, respectu Filii, similem perfectionis decretionem statuit: nam hæc sunt ejus verba: *Necessarium omnino est, ut operationes, quæ ad quamlibet substantiarum consequuntur, sint majores et minores.* Hanc autem necessitatem quæ in divina natura hæc efficiat, intensionemque et remissionem

³⁷ Joan. 1. 3.

τρίτη, ἀλλ' ἐν πέμπτῃ τάξει καταληφθήσεται, τῆς ἐνεργείας ἐκείνης ἐν δευτέρῃ τάξει μετὰ τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν ἀριθμουμένης, κατὰ δὲ τὴν ἀκολουθίαν αὐτῆν, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον πάντως οὐκέτι ἐν τρίτῃ, ἀλλ' ἐν πέμπτῃ τάξει καταληφθήσεται, τῆς ἐνεργείας τῆς τῷ Μονογενεῖ παρεπομένης, καθ' ἣν ὑπέστη τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς ὁ Εὐνομίου λόγος, διὰ μέσου πάντως ἀριθμουμένης.

Ἄλλὰ καὶ τὸ, *Πάντα διὰ τοῦ Υἱοῦ γεγενῆσθαι* λέγειν, ἀσύστατος διὰ τούτων ἐπιδειχθήσεται· ἐτέρως τινὸς ὑποστάσεως προσθετέρας τοῦ Μονογενοῦς προαναπλασθείσης ὑπὸ τοῦ καινοῦ θεολόγου, εἰς ἣν εἰκότως ἡ αἰτία τῆς κτίσεως τῶν πάντων ἀνενεχθήσεται· διότι καὶ αὐτοῦ τοῦ Μονογενοῦς ἡ κατασκευὴ κατὰ τὸν ἐκείνων λόγον, τῆς ἐνεργείας ἐκείνης ἤρτηται. Εἰ δὲ ταῦτα τὰ ἄτοπα φεύγων ἀνυπόστατόν τι πρᾶγμα λέγοι τὴν ἐνέργειαν, ἥς ἀποτέλεσμα τὸν Υἱὸν διορίζεται, πάλιν εἰπάτω, πῶς ἔπεται τῷ ὄντι τὸ μὴ ὄν, πῶς δὲ κατεργάζεται τὸν ὑφ' ἑστώτα, τὸ μὴ ὑφ' ἑστώτα. Εὐρεθήσεται γὰρ διὰ τούτων, ἀκολουθοῦντα μὲν τῷ Θεῷ τὰ ἀνυπόστατα· αἰτία δὲ τῶν ὄντων τὰ μὴ ὄντα γινόμενα, καὶ περιγράφοντα τὴν τῶν ὑφ' ἑστώτων φύσιν, ἃ τῇ ἑαυτῶν οὐχ ὑφέστηκε φύσει, καὶ ἡ πᾶσα τῆς κτίσεως ἀποτελεστικὴ, καὶ δημιουργοῦς δύναμις τῶ ἀνυπόστατων κατὰ τὸν ἴδιον λόγον περιληφθήσεται. Τοιαῦτα τοῦ θεολόγου τὰ δόγματα, δὲ τὸν Κύριον τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, πάσης τῆς κτίσεως δημιουργὸν, τὸν ἐν ἀρχῇ ὄντα Λόγον Θεοῦ, τὸν δι' οὗ τὰ πάντα, τοῦτον ἀνυπόστατον καὶ ἀνυπόστατον πρᾶγματι, ἢ οὐκ οἶδ' ὅπως ὀνομάσαι προσήκει τὴν παρ' αὐτοῦ νῦν ἀναπλασθεῖσαν ἐνέργειαν, ὑποστῆναι λέγει, καὶ ἐν αὐτῇ περιγεγράφθαι, ὁδόν τινα ἐρκίω τῇ ἀνυπαρξίᾳ πανταχόθεν διειλημμένον. Καὶ οὐ συνήσιν ὁ τὰ ἀθέατα βλέπων, εἰς ὅσον καταστρέφει πέρας ἡ ἀκολουθία τοῦ λόγου. Εἰ γὰρ ἀνυπόστατος μὲν ἡ ἐνέργεια τοῦ Θεοῦ, αὐτῇ δὲ ἐμπεριγράφεται τὸ ἐκ τῆς ἀνυπαρξίας ἀποτελεσθὲν ἔργον· πάντως ὅτι τοιοῦτόν τι νοηθήσεται τῇ φύσει τὸ ἀποτέλεσμα, ὅσα καὶ ἡ τοῦ ὑποστησαμένου τὸ ἔργον φύσις ἀνεπλάσθη τῷ λόγῳ. Τὸ γὰρ ἀποτελεσθὲν ἐκ τῆς ἀνυπαρξίας, καὶ ἐμπεριειλημμένον αὐτῇ, παντὶ δήπου πρόδηλον, τί νοεῖται· ὅτι οὐδέν. Οὐδὲ γὰρ ἔχει φύσιν ὑπὸ τῶν ἐναντίων τὰ ἐναντία περιέχεσθαι· οὔτε γὰρ ὑπὸ πυρὸς, ὕδωρ· οὔτε ὑπὸ θανάτου, ζωὴν· οὔτε ὑπὸ σκότους, φῶς· οὔτε ὑπὸ τοῦ μὴ ὄντος, τὸ ὄν. Ἄλλὰ ταῦτα μὲν ὑπὸ τῆς περιτεύουσας αὐτῷ σοφίας, ἢ οὐ συνήσιν, ἢ ἐκὼν ἀμβλυώττει πρὸς τὴν ἀλήθειαν.

pre nimia sapientia, aut non intelligit, aut

Ἐξ ἀνάγκης δὲ τινος τὸ ἐλάττον ἐπὶ τῆς τοῦ Μονογενοῦς ὑποστάσεως νοεῖν· καὶ πάλιν, ἐπιτάσιν τινα τῆς ἐλαττώσεως παρὰ τὸν Υἱὸν ἐνθεωρεῖν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι κατασκευάζει· οὕτω λέγων τοῖς ῥήμασιν· *Ἀνάγκη αἴσα τὰς ἐκάστη τῶν οὐσιῶν ἐπομένας ἐνεργείας ἐλάττους τε καὶ μείζους εἶναι.* Τὴν μὲν οὖν ἀνάγκην τὴν ταῦτα ἐν τῇ θεῇ φύσει βιαζομένην, καὶ τὸ μείζον, καὶ τὸ ἐλάττον διακλῆροῦσαν,

οὐτε παρ' αὐτοῦ μεμαθήκαμεν, οὔτε ἀφ' ἡμῶν αὐτῶν A
 συνεῖναι μέχρι τοῦ νῦν δεδουήμεθα. Τέως γάρ παρὰ
 πᾶσι κρατεῖ τὸ δόγμα τοῖς τὸν ἰδιωτισμὸν καταδεχο-
 μένοις τοῦ ἀπλουστεροῦ κηρύγματος· ὅτι οὐδεμία τις
 ἀνάγκη τῆς θείας ὑπέρεκταί· φύσεως, ἢ πρὸς τὸ ἔλατ-
 τον κάμπτει, καὶ βιάζεται καθάπερ τινὰ τῶν ἀργυ-
 ρωνήτων τὸν Μονογενῆ· ἀλλὰ τοῦτο παρεῖς, καίτοι
 οὐ μικρᾶς ζητήσεως ἄξιον, μόνον τὸ δεῖν ἔλαττον
 νοεῖν δογματίζει. Καὶ μὴν, οὐκ εἰς τοῦτο μόνον ἡ
 ἀνάγκη τὸν λόγον καθίστησιν, ἀλλὰ τι καὶ πλεῖον εἰς
 βλασφημίαν κατασκευάζει, καθὼς ἦδη μερικῶς προ-
 εξήρασταί. Εἰ γὰρ μὴ ἐκ Πατρὸς ὁ Υἱός, ἀλλ' ἐκ τινος
 ἀνυποστάτου ἐνεργείας ἀνεφύετο, οὐκ ἐλάττων μόνον
 τοῦ Πατρὸς νοηθήσεται, ἀλλὰ τὸ παράπαν Ἰουδαίσειν
 ἀνάγκη τῷ δόγματι. Τὸ γὰρ τοῦ μὴ ἔντος ἀποτελέ-
 σμα, οὐχὶ μικρὸν ἢ τῆς ἀνάγκης ταύτης ἀκολουθία B
 εἰσίνουσιν, ἄλλ' ὅπερ οὐδὲ κατηγοροῦνται λέγειν ἀκί-
 νουον. Ὅσπερ γὰρ ἀναγκαίως ὁμολογεῖται εἶναι, τὸ
 ἐκ τοῦ ἔντος ἔχον τὴν γέννησιν, οὔτε τὸ ἔμπαλιν ἐξ
 ἀνάγκης ὁμολογηθήσεται, τὸ ἐκ τοῦ μὴ ἔντος ἀνα-
 φυόμενον. Ὅταν γὰρ αὐτό τι μὴ ἦ, πῶς ἕτερον ἐξ
 αὐτοῦ ὑποστήσει;

ortum ducit: sic contraria ratione de isto sentiendum erit, quod ex non existente nascitur. Si enim
 ipsum non sit aliquid, quomodo aliud ex ipso exsistat?

Εἰ οὖν οὐκ ἔστιν ἐν ἰδίᾳ οὐσίᾳ, ἢ τῷ Θεῷ μὲν παρ-
 επομένη ἐνέργεια, τὸν δὲ Υἱὸν ἐργαζομένη, τίς οὕτω
 τυφλός, ὡς μὴ συνιδεῖν τὴν τῆς βλασφημίας κατα-
 σκευήν, ὅτι πρὸς τὴν αὐτὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀρ-
 νῆσιν ὁ σκοπὸς αὐτῷ βλέπει; Καὶ εἰ τοῦ Υἱοῦ τὴν
 ὑπόστασιν ἢ τοῦ δόγματος αὐτῶν ἀκολουθία ὑποκλέ-
 πται τῆς πίστεως, οὐδὲν αὐτῷ πλὴν ψιλοῦ ὀνόμα-
 τος καταλείπουσα· σχολῆ γ' ἂν εἶναι κατ' ἰδίαν C
 ὑπόστασιν πιστευθεῖν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ διὰ τῆς
 τῶν ἀνυπάρχτων ἀκολουθίας γενεαλογοῦμενον. Ὅταν
 γὰρ μὴ ὑπάρχη μὲν κατ' οὐσίαν ἢ παρεπομένη τῷ
 Θεῷ ἐνέργεια, ἀνυπάρχτων δὲ τὸ ταύτης ἀποτέλεσμα
 καταλαμβάνη ἐξ ἀνάγκης ὁ λόγος, τούτῳ δὲ πάλιν
 ἄλλῃ τις ἐνεργείας ἀνυπαρξία παρέπηται· εἴτα διὰ
 τοῦτο γεγενῆσθαι τὸ Πνεῦμα κατασκευάζεται, πῶς
 οὐκ εὐδόλοια πᾶσιν ἡ βλασφημία, ὅτι μετὰ τὸν ἀγεν-
 νήτως ἔντος Θεόν, οὐδὲν ἀληθῶς ὑπεσθάναι κατα-
 σκευάζουσι, διὰ σκιῶν καὶ ἀνυπάρχτων ἀναπλασμῶν
 προϊόντος αὐτῶν τοῦ δόγματος, καὶ οὐδενὶ τῶν κατ'
 ἀλήθειαν ὑπεστώτων ἐπερείδομένου; ἀλλ' ἡ μὲν
 κατασκευὴ τῶν τὰ τοιαῦτα δογματιζόντων, εἰς τοιαύ-
 τῃ ἀτοπίᾳ ἐκβάλλει τὸν λόγον.

defuncto, et nulli eorum, quæ secundum rei veritatem subsistunt, innixo. Et conatus quidem eorum,
 qui hanc doctrinam propagant, huc impietatis et absurditatis prorumpit.

Διδόσθω δὲ καθ' ὑπόθεσιν μὴ οὕτως ἔχειν. Καὶ D
 γὰρ ὁμολογοῦσι δῆθεν καὶ τῷ λόγῳ φιλανθρωπεύον-
 ται συγχωροῦντες εἶναι τῷ μονογενεῖ Υἱῷ καὶ τῷ
 Πνεύματι τῷ ἁγίῳ κατ' ἰδίαν ὑπόστασιν. Ἄλλ' εἰ
 μὲν ὁμολογοῦντες ταῦτα, καὶ τὰς περὶ αὐτῶν ὑπο-
 λήψεις συνωμολογοῦν, οὐδ' ἂν ἐμάχοντο πάντως περὶ
 τὸ δόγμα τῆς Ἐκκλησίας, οὐδὲ τῆς κοινῆς ἐλπίδος
 τῶν Χριστιανῶν ἀπεσχίζοντο· εἰ δὲ καθάπερ ὕλην
 τινὰ, καὶ ἀφορμὴν βλασφημίας ἑαυτοῖς ὑποβάλλον-

sorte quasi dividat, neque ab ipso didicimus, neque in
 hunc usque diem proprio studio intelligere potui-
 mus. Hucusque enim apud omnes, qui suscipiunt
 evangelicæ prædicationis simplicitatem, sententia
 illa obtinet, nulli necessitati divinam naturam
 subjacere, quæ ad substantiæ imminutionem Uni-
 genitum Filium tanquam mancipium quoddam
 emptitium cogat et dejiciat. Sed hoc, licet non
 exigua disquisitione dignum sit, omisso, id unum
 elaborat, ut persuadeat, defectum concipiendum
 esse: neque huc duntaxat necessitas orationem
 adigit, sed ad majorem impietatem et blasphemiam
 progreditur, quemadmodum jam speciatim expli-
 catum est. Si enim Filius non ex Patre, sed ex
 quadam non existente energia productus est, non
 solum minor erit Patre, sed ipsa necessitate cogea-
 te, oportebit ad judaismum doctrinam hanc defle-
 cere; nam quod non entis effectus est, illud ratio
 necessitatis hujus, non parvum aut minus arguit,
 sed potius illud esse declarat, quod ne ipsi quidem
 accusatori proferre tutum est. Quemadmodum
 enim omnium consensu existit, id quod ex ente

existit, id quod ex ente

(a) Si igitur non existit secundum propriam
 substantiæ suæ rationem energia illa, quæ Deum
 sequitur, et quæ Filium producit: quis adeo cæ-
 cus est, ut non intelligat hujus blasphemie molitionem:
 quod videlicet dirigat omnem suam indu-
 striam et cogitationem ad hoc, ut Salvator noster
 penitus abnegetur? Quod si Filii subsistentiam
 series disputationis, quam isti texunt, ex animis
 et fide fidelium auferat, nihil ei, nisi nudum nomen
 relinquens, haud proclive creditu erit, Spiritum
 sanctum subsistere, quippe cujus productio a non
 existentibus deducatur. Si enim secundum pro-
 priam suam substantiam non existit ea quæ ad
 Deum consequitur operatio, necessario conficitur,
 etiam id quod ab hac producitur, esse quid non
 subsistens; et si ab hoc rursus operatio quædam
 non existens procedit, per quam Spiritus sanctus
 sit effectus et productus: quomodo non omnibus
 liquido constat blasphemia: quod scilicet, præter
 Deum ingenitum, conentur persuadere, nihil aliud
 subsistere, non existentium figmentorum sermone
 et probamento per varios et obscuros anfractus
 Faciamus tamen, posita hypothesi, rem non ita
 se habere: etenim verbo quidem humaniores non-
 nihil sunt, conceduntque unigenito Filio et Spiritui
 sancto propriam hypostasim et subsistentiam. At
 si hæc non inficiarentur, communemque de ipsis
 existimationem approbarent, utique non adversa-
 rentur Ecclesiæ in isto dogmate, neque a communi
 Christianorum spe sese abjunctissent: si vero ceu
 materiam et fundamentum blasphemie suæ sub-

(a) Profert hunc locum Cypariss. decad. x, cap. 4.

struant, Filio et Spiritu sancto existentiam largiuntur, fortassis, licet audacius dictum videri queat, conducibilis ipsis esset, abjurata fide, ad Judæorum cultum transire, quam Christianorum nomen et professionem per commentitiam confessionem violare. Illi enim fidei hujus hucusque expertes, in eo tantum impietate notantur, quod abnuunt confiteri Christum jam venisse; at venturum sperant, neque quisquam a quoquam illorum audit sententiam perversam, et quæ debitam existimationem, quam habent de illo, quem expectant, tollat. Isti vero novæ circumcisionis, vel potius, ut Apostolus loquitur³⁸, *concisionis*, eum, qui expectabatur venisse non inficiantur quidem; imitantur autem illos, qui Domini secundum carnem præsentiam, per incredulitatem et injuriam inhonorarunt; illi Dominum lapidibus obruere conabantur³⁹, isti impiis et nefariis verbis veritatis sermonem obruunt, et quasi lapidibus sepeliunt. Illi obiciebant humilitatem et abjectionem generationis secundum carnem⁴⁰, minime progressi ad divinam illam et antesæcularem nativitatem: similiter et isti abnegantes confessionem magnificæ illius, sublimis et ineffabilis ex Patre generationis, affirmant illum per creationem esse accepisse, ex qua humana quælibet natura, et omnia quæ facta sunt, originem ducunt.

Ægre ferebant Judæi Dominum nostrum esse Filium Dei⁴¹, cui omnia parent. Indignantur et isti adversus illos, qui hanc confessionem de Filio in-violatam custodiunt. Illi putabant se honorare Patrem, si ab æqualitate honoris et majestatis Filium excluderent; isti etiam gratificari se credunt universorum Deo, si tollant et aboleant opinionem hanc de Filio, Patri soli hoc honore reservato, ut taceam id genus alia, quæ quis pro dignitate enarret? quibus suam adversus Unigenitum Dei Filium injuriam et contumeliam produnt; confictam operationem quamdam productricem subsistentiæ Christi comminiscentes, ejusque opus et effectum ipsum esse affirmantes: quod asserere hactenus Judæi ausi non fuerunt. Deinde concludunt et circumscribunt Domini naturam terminis quibusdam et limitibus ejus facultatis, a qua producta est, in super perfectione et qualitate virtutis, ac potentiæ productricis, velut mensura et quantitate quadam eum dimittuntur, et velut tunica quadam, energia ab ipsis excogitata undique coarctant. In his non possumus accusare Judæos.

Præterea contractionem quamdam secundum imminutionem in substantia inesse cogitant, cum, nescio qua ratione, eum qui mole et magnitudine caret, suis cogitationibus et persuasionibus metiantur: at quomodo reperire queant, quantum ad virtutis perfectionem desit Unigenito Filio, quo cum destitutus sit, in minori et imperfectiori statu versatur? ut sileam id genus alia plurima, quorum

³⁸ Philipp. III, 3. ³⁹ Joan. VIII, 59; x, 31. ⁴⁰ Joan. XIX, 7.

Α τες, διὰ τοῦτο τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ Πνεύματι τὸ εἶναι χαρίζονται τάχα, κἄν τολμηρὸν εἶπεν ἦ, λυσitteλέστερον ἦν αὐτοῖς αὐτομολῆσαι πρὸς τὴν τῶν Ἰουδαίων λατρείαν ἐξομοσαμένους τὴν πίστιν, ἢ καθυβρίζειν διὰ τῆς δοκούσης ὁμολογίας τῶν Χριστιανῶν τὴν προσηγορίαν. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἀπαράδεκτοι τοῦ λόγου μέχρι τοῦ νῦν διαμείναντες, τοσοῦτον ἀσεβοῦσι μόνον, ὅσον τὸν ἐλθόντα Χριστὸν μὴ ὁμολογεῖν, ἀλλ' ἐλπίζειν ἐλεύσεσθαι· πονηρὰν δὲ τινα, καὶ καθαιρετικὴν ἔννοιαν τῆς τοῦ προσδοκωμένου παρ' αὐτοῖς δόξης οὐδεμίαν ἔστι λεγόντων ἀκούειν· οἱ δὲ τῆς νέας περιτομῆς, μᾶλλον δὲ τῆς, καθὼς φησιν ὁ Ἀπόστολος, κατατομῆς, ἐληλυθέναι μὲν οὐκ ἀρνοῦνται τὸν προσδοκούμενον· μιμουῦνται δὲ τοὺς τὴν κατὰ σάρκα τοῦ Κυρίου παρουσίαν δι' ἀπιστίας καὶ ὕβρεως ἀτιμάζοντας· ἐκεῖνοι λίθοις βαλεῖν ἐπιχειροῦν τὸν Κύριον· οὗτοι ταῖς βλασφημίαις φωναῖς τὸν τῆς ἀληθείας λόγον καταλιθάζουσιν. Ἐκεῖνοι προέφερον τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως τὸ ταπεινὸν τε καὶ ἄδοξον, τὴν θείαν καὶ προαιώνιον οὐ προσιέμενοι γέννησιν· κατὰ ταῦτα καὶ οὗτοι τῆς μεγαλοπρεπούς, καὶ ὑψηλῆς, καὶ ἀρρήτου ἐκ Πατρὸς γεννήσεως τὴν ὁμολογίαν ἀρνοῦμενοι, διὰ κρίσεως αὐτὸν ἔχειν τὸ εἶναι κατασκευάζουσιν· ὅθεν καὶ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει, καὶ πᾶσι τοῖς γεγονόσιν ἔστιν ἡ γένεσις.

Ἐγκλημα τοῖς Ἰουδαίοις ἦν, τὸ, Υἱὸν τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ θεωρηθῆναι τὸν Κύριον· ἀγανακτοῦσι καὶ οὗτοι κατὰ τῶν ἐν ἀληθείᾳ τὴν ὁμολογίαν ταύτην ἐπ' αὐτοῦ ποιουμένων. Κάκεινοι τιμᾶν ὤντο τὸν Θεὸν τῶν ὀλων, τῆς πρὸς αὐτὸν ὁμοιότητος τὸν Υἱὸν ἀποκλείοντες· ταῦτα καὶ οὗτοι τῷ ἐπὶ πάντων χαρίζονται, ἐν τῇ καθαιρέσει τῆς τοῦ Κυρίου δόξης τῷ Πατρὶ τὴν τιμὴν χαρίζόμενοι. Τὰ δὲ ἄλλα, πῶς ἂν τις πρὸς ἀξίαν διεξέλθοι; δι' ὅσων καὶ οἰῶν τὴν κατὰ τοῦ Μονογενοῦς ὕβριν ἐνδείκνυνται· ἐνεργεσίαν τινα προαναπλάσσοντας τῆς τοῦ Χριστοῦ ὑποστάσεως, ἐκείνης ἔργον αὐτὸν καὶ ἀποτέλεσμα λέγουσιν· ὕπερ τοῖς Ἰουδαίοις οὕτω μέχρι τοῦ δεῦρο τετόλμηται· εἶτα περιγράφουσι τοῦ Κυρίου τὴν φύσιν, ἐντὸς ὄρων τινῶν τῆς ποιησαμένης δυνάμεως αὐτὸν ἀποκλείοντες· καὶ οἰοῦνται μέτρῳ τινὶ τῇ ποσότητι, τῆς ὑποστηραμένης αὐτὸν ἐνεργείας περισχονίζοντες, ὡσπερ χιτῶνι τινὶ τῇ ἐπινοηθείᾳ παρ' αὐτῶν ἐνεργεῖα πανταχῶθεν περιεργόμενον. Τοῦτα κατηγορεῖν τῶν Ἰουδαίων οὐκ ἔχομεν.

Εἶτα βραχύτερά τινα τῇ οὐσίᾳ κατ' ἐλάττωσιν ἐνθεωροῦσιν· οὐκ οἶδα τίνι μεθόδῳ τὸν ἄπιστον τε καὶ ἀμεγέθη τῇ ἑαυτῶν ὑπολήψει περιμετρησαντες, καὶ εὐρεῖν δυναθέντες πόσον ἐνδεῖ τῷ μεγέθει τοῦ Μονογενοῦς Θεοῦ πρὸς τὴν τελείωσιν· οὐ μὴ προσόντος ἐν τῷ μικροτέρῳ τε καὶ ἀτελεῖ θεωρεῖται, καὶ πολλὰ ἕτερα, τὰ μὲν ἐκ τοῦ προφανοῦς ὁμολογοῦντες, τὰ δὲ κατὰ τὸ λαθάνον κατασκευάζοντες, ἐμμελέτημα

Matth. XIII, 55; Marc. VI, 3. ⁴¹ Matth. XXVII, 43;

της ποιηρίας ταυτων την ομολογίαν του Υιου, και το άγιου Πνεύματος έποίησαντο. Πως ουν ουκ έλεεινό-
 ποτε της Ιουδαϊκής κατακρίσεως, ειπερ τα μηδέ-
 ποτε παρ' εκείνων τετολημένα, προδήλως ούτω
 παρὰ τούτων κατασκευάζεται; Ό γάρ έλαττων την
 ούσίαν του Μονογενοϋς και του άγιου Πνεύματος, ως
 μὲν ειπεῖν η̄ ακουσαι, μικρὸν άσεβειν Ισως δοκει·
 ει δέ τις ακριβώς τον λόγον κατεξετάσειεν, εις αύτὸ
 τὸ κεφάλαιον βλασφημιῶν έλεγχθήσεται. Ούτως δὲ
 σκοπήσωμεν, και μοι συγκεχωρήσθω διδασκαλίης
 χάριν και σαφηνείας του παρὰ των εναντιων κατα-
 σκευαζομένου ψεύδους, επί την εκθεσιν των η̄μετέρ-
 ων υπολήψεων τον λόγον προάγοντι.

iamus, primumque mihi ignosci cupio, si ad declaranda magis et explananda illa, quæ adversarii mendaciter machinantur et proferunt, expositionem eorum, quæ nos hic sentimus et docemus, in medium protulero.

Πάντων των οντων η̄ ανωτάτω διαίρεσις εις τε τὸ Β
 νοητὸν, και τὸ αἰσθητὸν την τομήν έχει. Καὶ η̄ μὲν
 αἰσθητὴ φύσις γενικῶς ὑπὸ του Ἄποστολου δρατὴ
 κατανομάσται. Ἐπειδὴ γάρ πᾶν σῶμα ἐν χρώματι,
 τούτου δὲ η̄ ὄρασις την αντίληψιν έχει· καταλιπὼν
 τὰς ὑπολοίπους ποιότητας, ὅσαι οὐσιωδῶς συμπε-
 φύκασιν, ἐκ του προχείρου κατὰ την αἰσθησιν, δρα-
 τὴν προσηγήρυσσε. Τῆς δὲ νοητῆς φύσεως πάσης
 ὄνομα μὲν κοινὸν ἐστι, καθὼς φησιν Ἄπόστολος, τὸ
 ἀόρατον (τῆ γάρ ὑπεξαιρέσει τῆς αἰσθητικῆς κα-
 ταλήψεως, ἐπὶ τὸ ἀσώματόν τε και νοητὸν χειρ-
 αγωγεί την διάνοιαν). Ὁ δὲ λόγος εις δύο τέμνει
 και ταύτης την έννοιαν· η̄ μὲν γάρ άκτιστος, η̄ δὲ
 κτιστὴ ὑπὸ τῆς εὐακολουθίας καταλαμβάνεται· άκτι-
 στος μὲν η̄ ποιητικὴ τῆς κτίσεως· κτιστὴ δὲ, η̄ διὰ
 τῆς άκτίστου φύσεως την αἰτίαν και την δύναμιν
 του εἶναι έχουσα. Ἐν μὲν ουν τοῖς αἰσθητοῖς ἐστι
 πάντα ὅσα διὰ των του σώματος αἰσθητηρίων κατα-
 λαμβάνομεν, ἐφ' ὧν αἱ των ποιότητων διαφοραὶ,
 τον του μεζονός τε και ἐλάττονος ἐπιδέχονται λόγον,
 κατὰ τὸ ποσόν, και τὸ ποῖον, και λοιπὰς ιδιότητας,
 τῆς διαφορᾶς ἐν τούτοις θεωρουμένης.

Ἐπὶ δὲ τῆς νοητῆς φύσεως, τῆς ἐν τῇ κτίσει λέγω,
 ὃ μὲν τοιούτος τῆς διαφορᾶς λόγος, ὅς ἐπὶ των
 αἰσθητῶν κατελήφθη, χώραν οὐκ έχει· ἕτερος δὲ τις
 εὐρίσκεται τρόπος, την του μεζονος πρὸς τὸ ἐλαττον
 διαφορὰν ἐξευρίσκων. Ἐπειδὴ γάρ παντός αγαθοῦ
 πηγὴ, και ἀρχὴ, και χορηγία ἐν τῇ άκτίστῳ θεωρεῖ-
 ται φύσει· πᾶσα δὲ πρὸς ἐκεῖνο νένευκεν η̄ κτίσις
 διὰ τῆς κοινωνίας του πρώτου αγαθοῦ τῆς ὑψηλῆς
 φύσεως, ἐφαπτομένη δὲ και μετέχουσα ἐξ ἀνάγκης
 κατὰ την ἀναλογίαν τῆς των ὑψηλων μετουσίας, των
 μὲν πλείονος, των δὲ ἐλαττόνος κατὰ τὸ αὐτεξούσιον
 τῆς προαιρέσεως μεταλαμβάνόντων, τὸ πλείον και
 τὸ ἥττον ἐν τῇ κτίσει γνωρίζεται ἀναλόγως τῆς
 ἐκάστου ὀρμῆς. Τῆς γάρ φύσεως τῆς ἐν τῇ κτίσει
 νοουμένης ἐν μεθορίῳ των αγαθῶν, και των ἐναν-
 τιων ἐσιώσης, ως δεκτικὴν ἐκατέρων εἶναι κατ'
 ἐξουσίαν, τοῖς κατὰ γνώμην προσκλινομένην, καθὼς
 παρὰ τῆς Γραφῆς μεμαθήκαμεν· πρὸς λόγον τῆς
 τε των χειρῶν ἀποστάσεως και του προσεγγισμοῦ

A multa manifeste contentur, alia vero clanculum machinantur; posita velut pro improbitatis suæ exercitamento, professione fidei de Filio et Spiritu sancto. Quomodo ergo censeri non debent ipsis perfidis Judæis miserabiliores, cum ea, quæ Judæi nequaquam ausi fuerunt, luce palam, et in omnium conspectu ab ipsis fiant? Qui enim imminuit substantiam Filii et Spiritus sancti, ut solummodo aliquid dicat vel audiat, is fortassis non magno impietatis scelere sese obstrinxerit. At qui hoc accurato studio et meditatus agit, is ad supremum impietatis culmen pervenisse, merito existimari potest. Sic vero disquisitionem institutionum, primumque mihi ignosci cupio, si ad declaranda magis et explananda illa, quæ adversarii mendaciter machinantur et proferunt, expositionem eorum, quæ nos hic sentimus et docemus,

Omnia rerum maxime communis et generalis divisio est in eas, quæ intellectu, et in eas quæ sensu percipiuntur. Et sensibilis quidem natura ab Apostolo generatim dicta est *visibilis*⁵²: cum enim omne corpus coloratum sit, hocque visio ipsa percipiat; relictis aliis qualitatibus, quæ substantiæ naturaliter inhærent, ex eo quod sensui promptum et obvium est, *visibilem* appellavit: intellectilis vero naturæ nomen commune, ut ait Apostolus, est *invisibile*⁵³; remotione enim naturæ sensibilis, mentem ad naturam incorpoream et intellectilem quasi manu ducit. Ratio porro in duas rursus partes hujus notionem dividit, quarum altera increata, altera, creata natura, ex ipsa orationis consecutione appellanda est; increata, creaturæ effectrix est; creata, quæ per increatam naturam suam existentiam et facultatem habet. In sensibilibus igitur numerantur omnia illa, quæcunque corporis sensibus percipiuntur, quorum qualitates diversimode plus et minus admittunt; differentia in his considerata secundum quantitatis, aut qualitatis aut aliarum proprietatum rationem.

In natura vero intellectili, creata, inquam, talis diversitatis ratio, qualis reperitur in rebus sensui objectis, locum non habet; alius tamen invenitur modus, in quo majoris et minoris differentia apparet. Cum enim omnis boni fons et origo et largitio in natura increata insit, omnisque creatura ad ipsam oculis quasi intentis suspiciat, per communionem supremi boni ab eadem suspensa, ejusdemque particeps effecta, necessario secundum proportionem participationis rerum sublimium, dum aliæ plus, aliæ minus, pro libertate arbitrii et consilii sui, accipiunt; plus et minus in creaturis admittendum est, accommodate quarumlibet appetitioni. Natura enim creata, quasi in confinio bonorum et malorum constituta est, ut capax utrorumque arbitrato suo, quibus animum adjungere voluerit, sicut ex divinis Litteris didicimus. Itaque comparatione et respectu ad malum, vel propinquatione ad bonum, affirmare possumus, intensio-

⁵² Coloss. 1, 16. ⁵³ ibid. 13.

nem et remissionem locum habere in eo, quod virtute excellit. At increata natura procul abest ab hujusmodi differentia, quippe cui bonitas non est adventitia, neque accepta pulchritudo et honestas ex communiōne supereminēntioris cuiusdam pulchritudinis et honestatis; sed in se, et in natura sua hoc quod est, bonum est, et ut bona intelligitur, fons bonitatis, simplex et uniformis, expers omnis compositionis, etiam adversariorum nostrorum testimonio. Distinctionem vero in eo habet majestati naturæ suæ competentem: non quæ in intensiōne et remissione consistat, ut vult Eunomius (qui enim existimationem de bonitate imminuit in aliquo, quod de SS. Trinitate creditur, is nihil aliud contendit, quam aliquid contrarii habitus ei, in quo defectus bonitatis apparet, admistum esse; quod vel de unigenito Filio, vel Spiritu sancto cogitare, impietate non caret), sed positam in summa perfectione, et incomprehensibili excellentia, quæ cujusvis personæ proprietatibus inesse cognoscitur, inconfusamque et discretam differentiam constantem. Hinc natura divina, in hoc, quod est increatum esse, communiōne qualem secum immutabiliter convenit; in peculiaribus autem singularum personarum proprietatibus nulla communiōne jungitur. Proprietas enim, quæ cuiusvis hypostasi et personæ divinæ inesse intelligitur, manifeste et pure alterum ab altero distinguit, ut exempli gratia, Pater appellatur increatus et ingenuus, neque enim genitus neque creatus est. Increatum igitur esse commune habet cum Filio et Spiritu sancto. Sed ingenuus et Patrem esse, hoc proprium est et incommunicabile; neque in ulla aliarum personarum reperitur. Filius autem cum Patre et Spiritu sancto jungitur in eo quod increatus est; quod vero unigenitus Filius et sit et appelletur, id ut proprium sibi vindicat, quod neque de universorum Deo, neque de Spiritu sancto affirmari potest. Spiritus sanctus communiōnem habet cum Patre et Filio, in hoc, quod est increata natura præditum esse: nihilominus a Patre et Filio propriis suis notionibus distinguitur. Notio enim illius et signum maxime proprium est, ut nihil eorum sit, quæ Patri et Filio inesse ratio dicitur. Nam quod non sit ingenuus et non unigenitus, et tamen vere sit, hoc ipsius peculiarem proprietatem, qua a prædictis distinguitur, repræsentat. Spiritus enim Patri conjunctus est, secundum quod uterque increatus est; rursus ab eo distinguitur, eo quod non est Pater, prout ille est: Filio vero (a) et secundum quod uterque increatus est, et secundum quod uterque ex primo principio suam subsistentiam habet, conjunctus; distinguitur ab eo sua proprietate, quæ est, quod nec ut unigenitus ex Patre productus est, et quod per ipsum Filium sit manifestatus. Et cum creatura per Filium sit pro-

των καλῶν, τὸ πλεον, καὶ τὸ ἑλαττον λέγσιν ἐν τῷ κατ' ἀρετὴν ὑπερέχοντι, χώραν ἔχει. Ἡ δὲ ἀκτιστος φύσις τῆς μὲν τοιαύτης διαφορᾶς πόρρωθεν ἀπεστίν, ἄτε οὐκ ἐπίκτητον ἔχουσα τὸ ἀγαθὸν, οὐδὲ κατὰ μετοχὴν ὑπερκειμένου τινὸς καλοῦ τὸ καλὸν ἐν ἑαυτῇ δεχομένη· ἀλλ' αὐτὸ ὅπερ ἐστὶ τῇ φύσει καὶ ἀγαθὸν οὐσα, καὶ ἀγαθὸν νοουμένη, καὶ ἀγαθοῦ πηγὴ, ἀπλῆ τε, καὶ μονοειδῆς, καὶ ἀσύνθετος, ὁπὸ τῶν μαχομένων ἡμῖν μαρτυρουμένη. Διαφορὰν δὲ πρὸς ἑαυτὴν ἔχει τῷ μεγαλείῳ τῆς φύσεως πρέπουσαν, οὐ πρὸς τὸ μείζον καὶ ἑλαττον θεωρουμένην, ὡς ὁ Εὐνόμιος οἰεταί· ὁ γὰρ τὴν περὶ τοῦ ἀγαθοῦ ἔνοιαν ἑλαττῶν ἐν τινι τῶν ἐν τῇ ἁγίᾳ Τριάδι πεπιστευμένων, μεμίχθαι τι τῆς ἐναντίας ἕξω τῷ κατὰ τὸ ἀγαθὸν ὑστερουμένῳ πάντως παρασκευάσει· ὅπερ οὔτε ἐπὶ τοῦ Μονογενοῦς, οὔτε ἐπὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος εὐσεβές ἐστὶ λογίζεσθαι· ἀλλ' ἐν ἄκρῳ τῇ τελειότητι, καὶ ἐν ἀκαταλήπτῳ τῇ ὑπεροχῇ θεωρουμένη τοῖς ἐνυπάρχουσιν ἐκάστη τῶν ὑποστάσεων ἰδιώμασιν, ἀσύγγυτον, καὶ διακεκριμένην τὴν διαφορὰν ἔχει. Ἐν μὲν τῇ κατὰ τὸ ἀκτιστον κοινωνίᾳ, τὸ ἀπαράλλακτον ἔχουσα, ἐν δὲ τοῖς ἐξαιρέτοις τῶν ἰδιωμάτων ἐκάστου τὸ ἀκοινώνητον. Ἡ γὰρ ἐπιθεωρουμένη ἐκάστη τῶν ὑποστάσεων ἰδιότης, τρανῶς καὶ καθαρῶς τὸ ἕτερον ἀπὸ τοῦ ἑτέρου διστησιν· οἷον ὁ Πατὴρ ἀκτιστος εἶναι ὁμολογεῖται, καὶ ἀγέννητος· οὔτε γὰρ γεγέννηται, οὔτε ἔκτισται. Τοῦτο οὖν τὸ ἀκτιστον, κοινὸν αὐτῷ πρὸς τὸν Υἱὸν ἐστὶ καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἀλλὰ καὶ ἀγέννητος καὶ Πατὴρ· τοῦτο ἰδίον τι καὶ ἀκοινώνητον, ὅπερ ἐν οὐδενὶ τῶν ὑπολοίπων καταλαμβάνεται· ὁ δὲ Υἱὸς κατὰ τὸ ἀκτιστον τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Πνεύματι συναπτόμενος, ἐν τῷ Υἱὸς, καὶ Μονογενῆς εἶναι τε καὶ ὀνομάζεσθαι, τὸ ἰδιάζον ἔχει, ὅπερ οὔτε ἐπὶ πάντων Θεοῦ, οὔτε τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐστὶ. Τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν τῷ ἀκτίστῳ τῆς φύσεως τὴν κοινωνίαν ἔχον πρὸς Υἱὸν, καὶ Πατέρα, τοῖς ἰδίοις πάλιν γνωρίσμασιν ἀπ' αὐτῶν διακρίνεται. Γνώρισμα γὰρ αὐτοῦ, καὶ σημεῖόν ἐστιν ἰδιαίτατον, τὸ μὴδὲν ἐκείνων εἶναι, ἄπερ ἰδίως τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ ὁ λόγος ἐνεθεώρησε. Τὸ γὰρ μήτε ἀγεννήτως εἶναι μήτε μονογενῶς, εἶναι δὲ ὅλως, τὴν ἐξαιρετικὴν αὐτοῦ ἰδιότητα πρὸς τὰ εἰρημένα ποιήσασιν. Τῷ γὰρ Πατρὶ κατὰ τὸ ἀκτιστον συναπτομενον, πάλιν ἀπ' αὐτοῦ τῷ μὴ Πατρὶ εἶναι, καθάπερ οὗτός ἐστι, διαχωρίζεται· τῇ πρὸς τὸν Υἱὸν κατὰ τὸ ἀκτιστον συναφείᾳ, καὶ ἐν τῷ τὴν αἰτίαν τῆς ὑπάρξεως ἐκ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ἔχον ἐνούμενον, ἀφίσταται πάλιν ἐν τῷ ἰδιάζοντι· ἐν τῷ μήτε μονογενῶς ἐκ τοῦ Πατρὸς ὑποστήναι, καὶ ἐν τῷ δι' αὐτοῦ τοῦ Υἱοῦ πεφηνῆναι· πάλιν δὲ τῆς κτίσεως διὰ τοῦ Μονογενοῦς ὑποστάσεως, ὡς ἂν μὴ κοινότητά τινα πρὸς ταύτην ἔχειν νομισθῆ τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ διὰ τοῦ Υἱοῦ πεφηνῆναι ἐν τῷ ἀτρέπτῳ, καὶ ἀναλλοιώτῳ, καὶ ἀπροσδεεὶ τῆς ἐτέρωθεν ἀγαθότητος, διακρίνεται τὸ Πνεῦμα ἀπὸ τῆς κτίσεως. Τὸ γὰρ ἄτρεπτον ἢ κτίσις ἐν τῇ φύσει οὐκ

(a) Citat hunc locum Bessarion in *Orat. dogm. c. 6*, et Gennad. *Apol. pro Concil. Florent. de Spiritu Sancto*, sect. 6.

ἔχει, καθὼς φησιν ἡ Γραφή, τοῦ ἑωσφόρου τὴν ἄπυαν διηγουμένη, περὶ οὗ καὶ ὁ Κύριος ἀποκαλύπτων τοῖς μαθηταῖς τὰ μυστήρια ἔλεγεν· Ἐθεώρουν τὸν Σατανᾶν, ὡς ἀστραπὴν πεσόοντα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Δι' ὧν δὲ τῆς κτίσεως ἀφίσταται, διὰ τῶν αὐτῶν τούτων πρὸς τὸν Πατέρα τε καὶ Υἱὸν ἔχει τὴν οικειότητα. Εἰς γὰρ καὶ ὁ αὐτὸς ἐπὶ τῶν κατὰ φύσιν ἀνεπιδέκτων τοῦ χείρονος, ὁ τοῦ ἀτρέπτου, καὶ ἀναλλοιώτου λόγος.

Filius cognationem habet, una enim eademque immutabilitatis et invariabilitatis ratio est in omnibus illis, quæ natura sua deterioris non sunt capacia.

Τούτων δὲ ἡμῖν οὕτω προσηρημένων, καιρὸς ἂν εἴη λοιπὸν καὶ τὸν τῶν ἐναντίων κατεξετάσαι λόγον. Ἀνάγκη, φησὶ, μείζους τε καὶ ἐλάττους τῆς οὐσίας εἶναι ἐν τῇ περὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τεχνολογία. Σκοπήσωμεν τοίνυν κατὰ τίνα διάνοιαν ἐπινοεῖ τῆς τοιαύτης διαφορᾶς τὴν ἀνάγκη· πότερον σωματικῆς τιнос γενομένης τῆς πρὸς ἄλλα τῶν παραμετρούμενων συγκρίσεως, ἢ κατὰ τὸ νοητὸν ἐν τῷ κατ' ἀρετὴν ὑπερβάλλοντι, καὶ ἐνδίδοντι θεωρουμένης, ἢ κατὰ τὴν οὐσίαν αὐτὴν; Ἄλλ' ἐπὶ μὲν τῆς οὐσίας ἐδείχθη παρὰ τῶν τὰ τοιαῦτα φιλοσοφεῖν εἰδόντων, μηδεμίαν δύνασθαι διαφορὰν ἐννοῆσαι, ἐὰν τις αὐτὴν ψιλώσας, καὶ ἀπογυμνώσας τῶν ἐπιθεωρουμένων ποιοτήτων τε καὶ ἰδιωμάτων αὐτὴν, ἐφ' ἑαυτῆς ἐξετάξῃ, κατὰ τὸν τοῦ εἶναι λόγον· ἐπιτάσσει δὲ καὶ ὑφέσει τῆς ἀρετῆς τὴν τοιαύτην διαφορὰν ἐννοεῖν περὶ τοῦ Μονογενοῦς καὶ τοῦ Πνεύματος, καὶ διὰ τοῦτο μεταπτωτὴν ἀναγκαίως ἐφ' ἑκάτερα τὴν φύσιν αὐτῶν ὑποτίθεσθαι, ὡς δεκτικὴν οὖσαν ἐπίσης τῶν ἐναντίων, καὶ ἐν μεθορίῳ καλοῦ τε καὶ τοῦ ἐναντίου κειμένην, τῆς ἐσχάτης ἀσεβείας ἐστίν. Ἄλλο γάρ τι εἶναι αὐτὴν κατὰ τὸν ἴδιον λόγον, καὶ ἄλλο τι γίνεσθαι τῇ μετουσίᾳ τοῦ καλοῦ, καὶ τοῦ χείρονος, ὁ ταῦτα λέγων κατασκευάσει· ὅσον ἐπὶ τοῦ σιδήρου συμβαίνει· ὅς ἐπὶ πλεῖον μὲν τῷ πυρὶ καθομιλῆσας, τὴν ποιότητα τοῦ θερμοῦ ὑποδέχεται, μὲνον ἐν τῷ σιδηρῷ εἶναι· εἰ δὲ ἐν χιόνι γένοιτο, ἢ κρυστάλλῳ, μεταβάλλει πρὸς τὸ ἐπικρατοῦν τὴν ποιότητα, τὸ ψυχρὸν τῆς χιόνος τοῖς ἰδίοις μορίοις ἀναδεξάμενος.

Ὅσπερ οὖν οὐκ ἐκ τῆς ἐπιθεωρουμένης τῷ σιδήρῳ ποιότητος τὴν ὕλην προσαγορεύομεν· οὐ γὰρ πῦρ αὐτὸν, ἢ κρυστάλλον ὀνομάζομεν τὸν ἐνὶ τούτων πεποιημένον· οὕτως εἰ δοθεῖη, κατὰ τὸν τῶν ἀσεβῶν λόγον, ἐπὶ τῆς ζωοποιῶς δυνάμεως, μὴ κατ' οὐσίαν ἐνυπάρχειν αὐτῇ τὸ ἀγαθόν· ἀλλ' ἐκ μετουσίας προσγίνεσθαι· οὐκέτι ἐκ τῆς τοῦ ἀγαθοῦ προσηγορίας κυρίως ὀνομασθήσεται. Ἄλλὰ τι ἕτερον ἐννοεῖν ἢ τοιαύτη ὑπόληψις ἀναγκάσει, ὡς μήτε αἰδίως αὐτῷ τὸ ἀγαθὸν ἐνθεωρεῖσθαι, μήτε αὐτὸ, ὅπερ ἐστίν, ἐν τῇ τοῦ ἀγαθοῦ φύσει καταλαμβάνεσθαι· ἀλλ' ὡς καὶ ποτὲ μὴ ὄν ἐν αὐτῇ τὸ ἀγαθόν, καὶ ποτὲ μὴ ἐσόμενον. Εἰ γὰρ τῷ μετέχειν τοῦ κρείττονος ἀγαθὸν γίνεται, δῆλον ὅτι πρὸ τῆς μετουσίας τοιαῦτα οὐκ ἔν. Καὶ εἰ ἄλλο τι ὄντα τῇ παρουσίᾳ τοῦ ἀγα-

ducta, ne quis putet aliquid commune esse Spiritui et creaturæ, propterea quod dicitur per Filium manifestatus : immutabilitate et immobilitate a creatura distinguitur. Nam creatura ex sua natura non est immutabilis, ut Scriptura testatur casum Luciferi enarrans⁴⁴ : de quo Dominus quoque explicans discipulis suis mysteria, aiebat : *Vidi Satanam tanquam fulgur cadentem ex cælo*⁴⁵. Quibus autem a creaturis differt, his ipsis cum Patre et

His ita explanatis, tempus flagitare videtur, ut reliquam adversariorum orationem examinemus. *Necessarium, inquit, est majores et minores esse Filii et Spiritus sancti substantias.* Hoc asserit, in sua de Filio et Spiritu sancto dissertatione. Videamus igitur, quo sensu hanc diversitatis hujusmodi necessitatem mente concipiat; num corporea quadam collatione facta eorum, quæ inter se commensurantur, an instituta comparatione secundum intelligentiam in excessu vel defectu virtutis, an rerum substantiis; sed ab his, qui hoc accuratius perscrutantur, demonstratum est, nullam ejusmodi differentiam reperiri in substantia, si quis eam nude et per se, secundum essentialiæ suæ rationem, et ab omnibus qualitatibus et proprietatibus sejunctam consideret. At vero intensione et remissione virtutis et potentiæ hujusmodi differentiam, in unigenito Filio et Spiritu sancto definire velle, et ob hoc asserere, quod præditi sint natura, quæ mutatione facta, ad utraque transferri queat, ita ut ex æquo contrariorum capax sit constituta in confinio bonitatis, ejusque quod huic adversatur: extremæ cujusdam impietatis argumentum est. Aliud enim illam esse secundum propriam suam rationem, et aliud illam participatione bonitatis fieri, is, qui talia tradit persuadere conatur: ut in ferro accidit, quod in igne diu relictum, caloris qualitatem induit, sed tamen ferrum manet; si vero injiciatur nivis vel glaciei, tunc qualitatem suam valentiore nivis frigore commutat, idque intra partes suas recipit.

Quemadmodum igitur non ex impressa ferro qualitate materiam denominamus, neque ignem vel glaciem vocamus, eo quod alterutrius qualitatibus affectum sit: ita si concedatur, ut impii volunt, in vivificatrice illa potestate, non ex natura bonitatem inesse, sed ex participatione ipsi accidere: non sortietur proprie nominationem ex bonitate, sed necessario cogemur, aliud quiddam animo et cogitatione efformare: ab æterno videlicet bonitatem ei neque competere, neque naturam ejus et essentialiam, et hoc ipsum quod est, in bonitate consistere, quasi aliquando bonitate caruerit, eademque etiam futuris temporibus aliquando caritura sit. Si enim communionem boni, in bonis numerantur Filius et Spiritus sanctus, clarum est,

⁴⁴ Isa. xiv, 12. ⁴⁵ Luc. x, 18.

eos ante hanc communionem tales nequaquam fuisse: et si, cum aliud quiddam essent, præsentia bonitatis, quasi colore quodam tincti sunt, omnino sequitur, eos, si a bonitate separentur, diversum quiddam a bonitate censendos esse. Et si hæc opinio invalescat, jam non magis bonorum subministratrix et suppediatrix existimabitur divina natura, quam ea a qua ipsa velut indiga beneficiis afficitur. Quomodo enim quis alteri dederit id, quo ipse caret? Si igitur perfecte bonitatem possidet, nullum ergo defectum in hac perfectione admittimus, stultusque merito judicatur, qui in perfectione immixtionem collocat. At si boni participatio ipsis imperfecta obvenit, ut ob id remissioni obnoxii dicantur, vide quid inde sequatur: nimirum id, quod ita natura comparatum est, nihil beneficii in eum qui inferioris conditionis est, conferet, sed elaborabit, ut suam penuriam depellat, idque quod deest suppleat, ut proinde, horum sententia, falsum esse oporteat, quidquid traditur de providentia, de judicio, incarnatione, omnibusque illis, quæ aut per Unigenitum facta sunt, aut adhuc peragenda creduntur: quippe qui, ut par est, in proprii et privati boni procuracione occupatus sit, dimissa hujus universitatis administratione.

Τί οὖν ἐστὶν ἡ θεία σάρκωσις, ἢ μήτε ἀνθρώπος οὔσα, μήτε θεός, ἢ ἀναπλάσσει ἡ τοῦ λόγου ἐπιγραφὴ (15), οὐκ ἐστὶν ἐκ τῶν ἐξητασμένων εὐρεῖν. Ἀπόδειξις, φησὶ, περὶ τῆς θείας σαρκώσεως, τῆς καθ' ὁμοίωσιν ἀνθρώπου. Τί τοῦτο πάλιν ἐνδείκνυται, τὸ καθ' ὁμοίωσιν ἀνθρώπου; Ὅτι ἡ θεία σάρκωσις ὁμοίως τῇ ἀνθρώπινῃ συνίσταται. Πότε τοῦτο; Ἄρα ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν; καὶ ποῦ τὸ τῆς παρθενίας μυστήριον; Οὐ γὰρ καθ' ὁμοίωσιν ἀνθρώπου σαρκούται ὁ Κύριος, καθὼς ὁ λογογράφος φησὶν, ἀλλὰ θεῖα δυνάμει, καὶ Πνεύματι ἁγίῳ, καθὼς τὸ Εὐαγγέλιον λέγει, ἀλλὰ πρὸ τῶν αἰώνων. Καὶ πῶς ὁμοιοῦται τῷ μὴ ὄντι τὸ ὄν; Τελευταῖος μὲν γὰρ τῶν κατὰ τὴν κτίσιν ὁ ἀνθρώπος· ὁ δὲ Κύριος (16) βασιλεὺς πρὸ αἰώνων. Κατὰ ποίου τοίνυν ἀνθρώπου ὁμοίωσιν ἐκείνη ἡ θεία σάρκωσις κατὰ τὸ προαιώνιον γίνεται; Κατὰ τὴν τοῦ Ἀδάμ; Ἄλλ' οὕτω ἦν. Ἀλλὰ καθ' ἕτερόν τινα ἀνθρώπων; Καὶ τίς οὗτος ὁ προνοούμενος τοῦ Ἀδάμ ἀνθρώπος, ἵνα κατὰ τὸ ἐγκείμενον ὑπόδειγμα ὁμοιωθῇ τοῦ θεοῦ ἡ σάρκωσις; Τὸ

(10) Ita corr. τό erat antea.

(11) Corr. πόσως.

(12, 13) Ita corr. antea τό utrobique.

(14) Ita corr. antea obscuro sensu οὐ δὲ ἡ ἀπλότης, τούτου.

(15) Ita corr. antea ἡ τὴ ἀναπλάσει ἡ τοῦ λόγου ἀναγραφὴ.

(16) Corr. iterum, Κύριος.

γὰρ ὁμοιον τῷ ὄντι πάντως οὐ τῷ μὴ ὄντι ὁμοιον γίνεσθαι· ὥστε δύο κατ' αὐτὸν (17) φαίνεται τῷ λόγῳ τὰ ἄποια· ἡ γὰρ πρεσβύτερον εὐρίσκεται τὸ πλάσμα τοῦ πλάσαντος, ἢ τῷ μὴ ὄντι ὁμοιοῦται τὸ θεῖον σαρκούμενον· κατ' ἀρχὰς γὰρ ἡ μὲν θεότης (18) ἦν, ὁ δὲ Ἄδᾰμ οὐκ ἦν. Οὐκοῦν εἰ καθ' ὁμοίωσιν ἀνθρώπου σαρκούται ἢ θεῖα φύσις, τῷ μὴ ὄντι ὁμοιοῦται ἢ θεῖα σάρκωσις· τὸ δὲ τῷ μὴ ὄντι ὁμοιοῦμενον, οὐδ' αὐτὸ πάντως εἶη. Ἄλλ' ἕτερόν τινα τρόπον παρὰ τὸν ἀνθρώπινον τὴν σάρκωσιν ἐκείνην γεγενησθαι φησι. Καὶ τίς τῶν ἑτεροφῶν ἢ ὁμοίωσις (19); Εἰ οὖν μήτε κατὰ τὸ προαιώνιον ἐνδέχεται τὴν θεῖαν σάρκωσιν καθ' ὁμοίωσιν ἀνθρώπου γενέσθαι, μήτε ἐπὶ τοῦ ἐσχάτου τῶν χρόνων, ὅτε κατὰ ἀνθρώπον (20) ἢ τοῦ Κυρίου οἰκονομία, καθ' ἦν ἐν σαρκὶ θεὸς ἐφανερώθη, καθ' ὁμοίωσιν ἀνθρώπου ἢ σάρκωσις γίνεται (οὐ γὰρ παραδέχεται τὴν τοιαύτην ἔννοιαν τὸ κατὰ (21) τὴν παρθενίαν μυστήριον), μάτην ἂν εἴη κατ' ἀμφοτέρωθεν τὰς ἐννοίας ταύτην τοῦ λόγου τὴν ἐπιγραφὴν ποιησάμενος. Ὅτι μὲν οὖν ἀνεπίσκοπτος ἢ ἐπιγραφὴ καὶ οὐδενὶ συνεστῶτι ἐπεριδομένη νοήματι, μετρίως οἴμαι διὰ τῶν εἰρημένων πεφανερωσθαι τοῖς ἐπιστατικαῖς ἐπαλοῦσι.

frustra et inepte secundum alterutrum horum sensuum eam operi inscriptionem auctor præfixerit. Itaque ex his quæ hactenus diximus probe intelligentibus satis liquere arbitror quid sibi hæc inscriptio velit, certo indagari non posse, utpote quæ nulli secum constanti mentis conceptui innitatur.

Καιρὸς (22) δ' ἂν εἴη καὶ αὐτὸν προθεῖναι τῇ ἐξέτασει τὸν λόγον τὸν ὑπὸ τῆς ἐπιγραφῆς (23) ταύτης δηλούμενον. Γράψω δὲ τὰ πρῶτα τῇ ἐμαυτοῦ λέξει, δι' ὀλίγων ἐπιδραμῶν τὴν διάνοιαν, ἐν οἷς ἀκίνδυνόν ἐστι τὸ παραδραμεῖν τῶν γεγραμμένων τι ἀνεξέταστον. Μόνον, φησὶ, τὴν εὐσεβῆ πίστιν ἀγαθὸν ἦν νομίζεσθαι (24)· μηδὲ γὰρ τῇ Εὐδᾶ συνενεργεῖν τὴν ἀνεξέταστον πίστιν· ὥστε προσῆκε καὶ τὴν τῶν Χριστιανῶν ἐξετασμένην εἶναι, μὴ που λάθῃ ταῖς τῶν Ἑλλήνων ἢ τῶν Ἰουδαίων (25) συνεμπροσσοῦσα δόξαις. Ταῦτα διὰ πλειόνων προοιμισάμεναι, ἐπάγει τὸν λόγον εἰπών, ὅτι Παρὰ τοῖς ἀπίστοις καὶ ταῖς ἀλρέσεσι προτεθρύλληται τὸ μὴ δυνατὸν εἶναι θεὸν ἀνθρώπον γενέσθαι, καὶ πάθεισιν ὁμιλῆσαι, ὃ καὶ παρὰ ταῖς ἀλρέσεσιν ἐπὶ στήματι πίστεως εἰσάγεται, ἀνθρώπον ἐνθεον διὰ τὴν ἐκ γυναικὸς γέννησιν (26), καὶ διὰ τὰ πάθη λεγούσαις τὸν Χριστόν. Τίνας μὲν οὖν οἶδεν ἀλρέσεις, αἱ τὸν Χριστὸν ἐνθεον ἀνθρώπον λέγουσιν, αὐτὸς ἂν εἰδείη, καὶ εἰ τις τὰ ἐκείνου πεπαιδευταί· ἡμεῖς δὲ πολλοῖς ἐπιδεδμηχότες τόποις, καὶ κατὰ σπουδὴν τοῖς τε κοινωνοῦσι τοῦ λόγου, τοῖς τε ἀφροσύναις περὶ τῶν κατὰ τὸν λόγον ζητούμενων, καθομιλησάντες, ὅπως τινὸς ἀκηκόαμεν τὴν τοιαύτην βήξαντος περὶ τοῦ μυστηρίου φωνὴν, ἔτι ἀνθρώ-

A potius ad alterius hominis similitudinem? Et quoniam conflictus iste Adamo prior homo, ut juxta propositum exemplar, ei divina incarnatio similis efficeretur? Quod enim simile est, rei existenti, non autem rei non existenti assimilatur; quare duo in eo Apollinarius sermone absurda apparent: nam vel res condita antiquior suo conditore deprehenditur, vel rei non existenti incarnata divinitas similis esse dicitur; ab initio enim divinitas exsistebat, Adam vero non erat. Itaque si ad similitudinem hominis divina natura carnem assumpsit, rei non existenti divina incarnatio assimilatur; quod autem rei non existenti comparatur, id ipsum nequaquam existere necesse est. Sed alio quam humano modo incarnationem illam factam fuisse dicet. At quænam inter res diversæ naturæ similitudo intercedit? Si itaque ante sæcula divina incarnatio ad hominis similitudinem fieri nequit, atque etiam in plenitudine temporum, quando benigna Dei erga homines dispensatione Verbum carne indutum apparuit, nullo pacto ad similitudinem hominis divina incarnatio facta fuit, id enim sentire conceptus virginis mysterium non sinit,

IV. Tempus autem esset ut ipsum quoque examini tractatum subicerem cujus argumentum tali inscriptione designatur. Verum meis primum verbis eorum quæ in ipso opere continentur, sensum paucis percurram, ubi tamen nullum periculum est, ne quidquam inexploratum omittamus. Solum, inquit, piam fidem bonum quid esse censendum est, neque enim Evam quidpiam jurisse indiscussam inexploratamque fidem; quare et Christianos in ipsorum religionem accurate inquirere oportet, ne alioqui imprudenter in Ethnicorum, et Judæorum opiniones incidat. Hæc ubi pluribus in tractatus proœmio disseruit, statim hæc subdit, Apud infideles et hæreticos jamdudum promulgatum fuit Deum hominem fieri non posse, neque in humanis passionibus versari; quod quidem ab hæreticis veræ fidei specie in Ecclesiam inducitur, dum Christum per ortum ex virgine, et per quos pertulit cruciatus, divinum hominem existisse dicunt. Porro quasnam sciat hæreses quæ Christum divinum hominem dicant, ipse noverit, et si quis ejus falsa dogmata collet: nos vero multa per loca peregre profecti, et cum iis qui communis nobiscum sententiæ sunt, et cum aliis qui a nobis circa quæstiones de Verbo agitari solitas, dissident, studiose conversati, nondum quempiam audivimus,

(17) Corr. κατὰ ταυτόν.

(18) Ita corr. antea scriptum fuerat κατ' ἀρχὰς ἡμῖν θεότης.

(19) Corr. τῇ et mox ὁμοιώσει.

(20) Ita corr. prius erat ὅτι κατ' ἀνθρώπον. F. ὅτι ἦ.

(21) Hæc lectio a corr. est, primæva enim manu scribitur τὸ γὰρ κατὰ.

(22) Corr. κέρδος.

(23) Ita corr. antea γραφῆς.

(24) Corr. δεῖ νομίζεσθαι.

(25) Sic legendum: In cod. Vat. scribitur, ἢ τῶν Ἰουδαίων Corr. καὶ τῶν Ἰουδαίων. Sed legendum ἢ τῶν Ἰουδαίων· nam diversissimæ sunt ethnicorum et Judæorum de religione sententiæ.

(26) Corr. γένεσιν.

qui talia de hoc mysterio proferret, Christum A nempe divinum hominem esse. Errantes itaque circa fidei dogmata opiniones corrigere eorumque loco religiosiores inducere cogitantem, non decebat sibi confingere quæ non sunt, cumque rebus minime subsistentibus pugnare, sed adversus ea quæ ab adversariis revera proferuntur, armari. Neque enim peritus quisquam medicus morbis qui nunquam exstiterunt artem opponit, sed invalescenti morbo scientia qua pollet, occurrit. Vel itaque proferat quempiam qui Deum in carne non apparuisse, sed divinum hominem Christum esse affirmaverit, et tunc tractatum istum non abs re conscriptum ab ipso fuisse fatebitur; vel quousque hujuscemodi morbus invenitur, stultum esse omnes fatebuntur cum iis qui non existunt, erroribus conflictari. B

V. Verumenimvero talem scribendi necessitatem non temere prætexuit Apollinaris; sed ut ad proprium suum dogma astruendum, gradum quemdam atque aditum sibi faceret, quod a nemine dictum fuit, tanquam dictum supposuit, ut dum adversus hanc imaginariam hæresim certare videretur, simulata contradictione divinitatem mori posse firmaret: tota quippe ejus scriptio eo tendit, ut unigeniti Filii divinitatem mortalem esse, eundemque non in humanitate passionem suscepisse, sed impassibilem ejus immutabilemque naturam, ad passionem participandam mutatam fuisse asseruat. Quare ad quamnam utilitatem Apollinaris sermo respiciat qui ejus callent mysteria nosse poterunt: quæ autem ex ejus dictis consequi vel ipsi C infantes agnoscent, talia sunt qualia nec irreligiosiores Ethnicorum dixerint. Si enim ipsa Unigeniti divinitas obiit, necessario una cum ipsa mortem subiit et vita, et veritas, et justitia, et bonitas, et lux, et potentia; hæc enim omnia secundum diversas notiones unigenitus Deus et est et dicitur. Cum autem simplex et divisionis atque compositionis expertus sit, quodcumque ex illis rebus esse dicatur, totus illud est, et non in parte hoc, in parte aliud; ita ut si una ex cisdem rebus existat, omnia in ipso existere intelligantur; sin autem una non existat, omnia simul perimantur. Si igitur per mortem interierit Christi divinitas, per eandem quoque mortem omnia interierint quæ conjuncta D cum ejus divinitate intelliguntur. Atqui non simpliciter potestas est Christus, sed Dei potestas, et Dei sapientia. Quando igitur hæc una cum Christi divinitate per mortem extincta sunt, non erat apud Patrem sapientia Dei, non potentia, non vita, non aliud quidpiam eorum quæ boni nomine appel-

πος ἔνθεος ὁ Χριστός ἦν. Τὸν τοίνυν μέλλοντα διορθοῦσθαι μὲν τὰς ἡπατημένας περὶ τοῦ δόγματος ὑπολήψεις, ἀντασάγειν δὲ τὰς εὐσεβεστέρας, μὴ ἀναπλάσσειν ἑαυτῷ τὰ μὴ ὄντα, καὶ πρὸς τὰ ἀνύπαρκτα μάχεσθαι προσήκον ἦν, ἀλλὰ πρὸς τὰ λεγόμενα παρὰ τῶν ἀντιδιατιθεμένων ὀπλιζέσθαι. Οὐδὲ γὰρ τῶν ἱατρῶν οἱ ἐπιστήμονες πρὸς τὰ μὴ ὄντα πάθη τὴν ἑαυτῶν τέχνην ἀντεισάγουσιν· ἀλλὰ πρὸς τὸ γεγονὸς ἤδη νόσημα διὰ τῆς ἐπιστήμης ἴστανται. Ἡ τοίνυν δεξιᾶτω τὸν εἰρηκότα μὴ Θεὸν ἐν σαρκὶ περναερωῦσθαι, ἀλλ' ἔνθεον ἀνθρωπῶν τὸν Χριστὸν, εἶτα (27) καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ, ὡς οὐ μάρτην πεποιημένον παραδεξόμεθα· ἢ ἕως ἂν (28) ἡ τοιαύτη μὴ εὐρίσκειται νότος, μάταιον εἶναι πάντες ὁμολογήσουσι τὸ (29) τοῖς μὴ οὔσι συμπλέκεσθαι.

Ἄλλ' οὐκ εἰκὴ τὴν τοιαύτην τῆς λογογραφίας ἀνάγκην ἑαυτῷ σχηματίζεται (30)· ἀλλ' ὡς ἂν ἰδόν (31) καὶ ἀκολουθίαν πρὸς τὴν κατασκευὴν τοῦ καὸ' ἑαυτοῦ δόγματος λάβοι, τὸ μὴ λεχθὲν, ὡς εἰρημὸν ὑπέθετο, ἵνα τῷ πρὸς ταῦτα δοκεῖν ἀγωνίζεσθαι, διὰ τῆς ἐσχηματισμένης ἀντιρρήσεως κατασκευάσει τὸ θνητὸν εἶναι τὸ Θεῖον. Ἄπας γὰρ αὐτῷ τῆς λογογραφίας ὁ σκοπὸς πρὸς τοῦτο βλέπει, τὸ θνητὴν τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τὴν θεότητα, καὶ οὐχὶ τῷ ἀνθρωπίνῳ τὸ πάθος δεῖξασθαι, ἀλλὰ τὴν ἀπαθῆ καὶ ἀναλλοίωτον φύσιν πρὸς πάθους μετουσίαν ἀλλοιωθῆναι. Ὅθεν πρὸς τί μὲν αὐτῷ χρήσιμον ὁ λόγος; βλέπει εἶδειν ἂν τῶν μυστηρίων αὐτοῦ ἐπίστορος (32)· ἃ δὲ ἡ ἀκολουθία καὶ τοῖς ἀγαν νηπίοις προσδείκνυσι τοιαυτὰ εἶσιν, ὅσα μὴδ' ἂν τοὺς ἀσεβέτους τῶν Ἑλλήνων εἰπεῖν. Εἰ γὰρ αὕτη (33) τέθηκε τοῦ Μονογενοῦς ἡ θεότης, συναπέθανε (34) ταύτη πάντως καὶ ἡ ζωὴ, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ δικαιοσύνη, καὶ ἡ ἀγαθότης, καὶ τὸ φῶς, καὶ ἡ δύναμις· ταῦτα γὰρ κατὰ διαφόρους ἐπιβολὰς ὁ μονογενὴς Θεὸς καὶ ἔστι καὶ λέγεται. Ἄπλοῦς δὲ ὢν καὶ ἀμερῆς καὶ ἀσύνθετος, ὅπερ ἂν λέγεται, ὅλος ἐστίν, οὐκ ἐν μέρει τοῦτο, καὶ ἐν μέρει τὸ ἕτερον (35). Ὡστε ἐνὸς ὄντος, πάντα ἐν αὐτῷ νοεῖσθαι, καὶ μὴ ὄντος, τὰ πάντα συνδιαγράφεσθαι. Εἰ οὖν ἠφανίσθη τῷ θανάτῳ τὸ Θεῖον, συνηφανίσθη τῷ θανάτῳ πάντα τὰ συνημμένως περὶ τὴν αὐτοῦ θεότητα θειωρούμενα. Ἄλλὰ μὴν οὐχ ἀπλῶς δύναμις ὁ Χριστός, ἀλλὰ Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία. Ὅτε οὖν ταῦτα τῇ θεότητι τοῦ Υἱοῦ διὰ τοῦ θανάτου συγκατεσθέρθη, οὐκ ἦν παρὰ τῷ Πατρὶ Θεοῦ σοφία, οὐ δύναμις, οὐ ζωὴ, οὐκ ἄλλο τι τῶν πρὸς τὸ κρείττον ὀνομαζομένων οὐδὲν· Θεοῦ γὰρ πάντα ταῦτα εἶναι· τὰ τοῦ Πατρὸς (36) ἐν αὐτῷ εἶναι πιστεύεται. ἄπερ ὄντος μὲν τοῦ Υἱοῦ, ἔστι· μὴ ὄντος δὲ, πάντως οὐκ ἔστι, διὰ τὸ ἐν αὐτῷ εἶναι πάντα τὰ Zigabenus inseruit in parte secunda Panopliæ dogmaticæ adversus hæreses, tit. 13, pag. 529, vers. Si quemadmodum, cum seqq. (34) Ita corr., antea enim συνέπαθε. (35) Ita corr., antea scriptum fuerat, οὐκ ἐν μέρει τὸ ἕτερον. (36) Corr. Θεοῦ γὰρ πάντα εἶναι ταῦτα ὁ Υἱὸς λέγεται, καὶ πάντα τοῦ Πατρὸς. Fort. ταῦτα εἶναι, καὶ τὰ τοῦ Πατρὸς.

(27) Corr. Χριστὸν εἶναι, εἶτα.
 (28) Corr. ἕως δὲ ἂν.
 (29) Ita corr., antea erat, τῷ.
 (30) Ita corr., prius enim scriptum fuerat σχηματίζεσθαι· sed fortasse non nemo legendum censuerit, ἐσχημάτισεν.
 (31) Ita corr. nam antea erat, ὡς ἀνοδόν τινα.
 (32) Corr. ἐπίστορος.
 (33) Totam hanc Nysseni argumentationem usque ad finem capituli in epitomen redactam Euthymius

τῷ Πατρὶς ὁμολογεῖσθαι. Εἰ οὖν ἀπεσθέσθη (37) τῷ θανάτῳ ἢ δύνامي, Χριστὸς δὲ Θεοῦ ἐστὶ δύναμις· πῶς πάλιν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ἀνεκλήθη δύναμις, τῆς μὲν οὕτως τῷ θανάτῳ ἀφανισθείσης, ἑτέρας δὲ οὐχ ὑπολειφθείσης; Τὴν γὰρ τοῦ Πατρὸς δύναμιν ἐν τῷ Υἱῷ εἶναι καὶ παρὰ τῶν μαχομένων ἡμῶν ὁμολογεῖται (38). Εἰ οὖν μία ἡ δύναμις, αὕτη δὲ ὑπὸ τοῦ θανάτου δυναστευθεῖσα, εἰς ἀφανισμὸν μετεχώρησεν ἐν τῷ καιρῷ τῆς τοῦ πάθους οἰκονομίας, τίς ἄλλη δύναμις παρ' αὐτὸν ἀναπλάττεται ἢ ταύτην ἐκ τοῦ θανάτου ἀνακαλουμένη τὴν δύναμιν; Εἰ γὰρ τοῦτο λέγοιεν ὅτι ἡ μὲν ἀπέθανεν, ἡ δὲ ἀθάνατος ἔμεινεν, οὐκέτι ἐν τῷ Υἱῷ τὴν τοῦ Πατρὸς δύναμιν εἶναι ὁμολογήσουσι, καὶ οὕτως ἐκ τοῦ ἀκολουθοῦτος τὰς αὐτοῦ (39) τοῦ Κυρίου φωνὰς παραγράφονται, ὡς οὐκ ἀληθῶς ἐχούσας, ἀλλὰ πάντα τὰ τοῦ Πατρὸς τὰ (40) τοῦ Υἱοῦ εἶναι διαμαρτύρονται. Ὁ γὰρ πάντα ἔχων τὰ τοῦ Πατρὸς, καὶ τὴν ἀθανάσιαν πάντως τοῦ Πατρὸς ἐν αὐτῷ (41) ἔχει· ἡ δὲ ἀθανασία, ἕως εἰ (42) τοῦτο δὲ λέγεται, ἀμίκτως τε καὶ ἀκοινωνήτως πρὸς τὸν θάνατον ἔχει. Εἰ οὖν θνητὴν λέγουσι τοῦ Υἱοῦ τὴν θεότητα, τὸ μὴ ἔχειν ἐν αὐτῷ (43) τὴν τοῦ Πατρὸς ἀθανάσιαν κατασκευάζουσιν. Ἀλλὰ μὴν ἀληθεύει ὁ λέγων, ὅτι ἐκεῖ ἐν αὐτῷ τὸν Πατέρα· φεῦδεταί ἄρα ὁ θνητὸν κατασκευάζων τοῦτον ὅτι πᾶσα ἡ τοῦ Πατρὸς ἀιδιότης ἐγκαθορᾶται. Ἐπεὶ οὖν μία Πατὴρ, καὶ Υἱὸς κατὰ τὸν λόγον τῶν εὐσεβοῦντων ἡ δύναμις· ἐν γὰρ τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν βλέπομεν, καὶ ἐν τῷ Υἱῷ τὸν Πατέρα· σαφῶς ἀποδεικνύεται, ὅτι τὸ μὲν ἐμπαθὲς τῇ φύσει τὸν θάνατον δέχεται, τὸ δὲ ἀπαράδεκτον πάθος ἐν τῷ παθητῷ τὴν ἀπάθειαν ἐνηργήσεν.

in Patre enim Filium agnoscimus, et in Filio Patrem; hinc manifeste ostenditur id quod sui natura pati poterat, mortem admisisse: quod autem passioni non erat obnoxium, impassibilitatem in eo quod passioni obnoxium erat operatum fuisse.

Ἀλλὰ πρὸς τὸ (45) ἐφεξῆς τοῦ λόγου προέλθωμεν. Λέξω δὲ πάλιν τῇ ἑαυτοῦ φωνῇ, συνελὼν ἐν βραχεῖ τὴν διάνοιαν. Φησὶ γὰρ, τὸ ἄνθρωπον ἐκ Θεοῦ τὸν Χριστὸν ὀνομάζειν, ἐναντίον εἶναι ταῖς ἀποστολικαῖς διδασκαλαῖς· ἀλλότριον δὲ τῶν συνόδων Παύλον δὲ, καὶ Φωτεινὸν, καὶ Μάρκελλον τῆς τοιαύτης διαστροφῆς καταρῆξαι. Εἶτα κατὰ τοὺς θεϊνοῦς τῶν ἀγωνιστῶν, ὡς προσεμπλακεῖς τῷ διαλεγόμενῳ (46), καὶ εὐρὺν τὸν αὐθέντην τοῦ βήματος, τοῦτό φησι· Πῶς ἐρεῖς ἐκ γῆς ἄνθρωπον, τὸν ἐξ οὐρανοῦ καταβηθέντα μαρτυρούμενον ἄνθρωπον, καὶ Υἱὸν ἀνθρώπου ἀναγορευόμενον (47); Πάλιν ἐν τούτοις ἡ κατασκευὴ τῶν προλαβόντων ἑτέρας ἀτοπίας ἐστὶν ἀρχή. Ἴνα γὰρ δελεῖθαι Θεὸν τεθνηκότα, οὐδὲν ὄλιγ καταδέχεται τῆς γῆνης φύσεως περὶ αὐτῷ θεωρεῖσθαι. Ἐπειδὴ ὄλιγ (48) τῇ

laetur: nam Dei hæc omnia propria esse, et cuncta quæ Patris sunt Filio quoque inesse credimus. Quæ, si Filius quidem existat, et ipsa existunt; sin minus, nec ipsa existunt, propterea quod in ipso omnia quæ Patris sunt contineri fatemur. Si igitur per mortem exstincta est potentia, Christus autem Dei potentia est, qualis ergo ex eo quod non existit, restaurata est potentia, cum ea quæ exsistebat morte sublata sit, alia vero ab ea diversa non supersit? Patris enim potentiam in Filio esse adversarii etiam nostri non dissentitur. Si itaque una est Dei potentia, hæc autem a morte oppressa, in nihilum tempore dispensationis a Deo per Filii passionem instituta, redacta fuit, quænam alia ab Apollinari effingitur potentia quæ hanc a morte potentiam revocet? Si enim dicatur aliam quidem potentiam mortem subiisse, aliam vero immortalæ permansisse, nequaquam in Filio Patris potentiam esse fatebuntur, et consequenter ejusdem Domini voces veluti falsas explodunt, quæ cuncta quæ Patris sunt Filii quoque esse testantur: qui enim cuncta quæ Patris sunt, habet, Patris quoque immortalitatem omnino possidet; immortalitas vero, quandiu id est quod esse dicitur, nullam cum morte communionem atque misionem habet. Si igitur mortalem esse dicunt Filii divinitatem, ipsum in se non habere Patris immortalitatem astruunt. Atqui verum asserit Filius qui totum in se ipso Patrem habere dicit; itaque mentitur qui mortalem illum esse probare conatur in quo tota Patris æternitas conspicitur. Quoniam igitur juxta pie credentium sententiam una Patris et Filii potentia est,

VI. Sed ad illa quæ in Apollinaris tractatu sequuntur, progrediamur, cujus sententiam, in epitomen redactam, propriis ejusdem verbis rursus referam. Christum enim, inquit, divinum hominem nuncupare, apostolicæ doctrinæ contrarium et a synodorum sententia alienum esse, Paulum autem Samosatenum, Photinum, atque Marcellum perversitatis hujus auctores fuisse. Deinde accerrimorum athletarum instar, cum colloquente veluti implicatus et sententiæ illius astipulatorem nactus, ita subjungit: Quomodo terrenum dices hominem quem e celo descendisse Scriptura testatur, quiq; Filius hominis appellatur? Rursus in his præcedentis orationis confirmatio alterius absurditatis initium est. Nam ut ostendat Deum mortem subiisse, nihil prorsus naturæ terrenæ in ipso spectari posse concedit,

(37) Corr. ἀπεσθέσθη.

(38) Corr. ὁμολογῆται.

(39) Corr. αὐτάς.

(40) Corr. delet postremum τὰ.

(41) Corr. ἐν αὐτῷ.

(42) Corr. ἕως ἂν ᾗ.

(43) Corr. ἔχειν αὐτῷ ἐν αὐτῷ.

(44) Ita corr., prius ὄλιγ.

(45) Corr. τὰ.

(46) Corr. προσεμπλακεμένῳ.

(47) Corr. legit, Υἱὸν ἀνθρώπου τὸν Θεόν, καὶ Θεοῦ Υἱὸν ἀναγορευόμενον.

(48) Videtur legendum, ἐπεὶ δ' ὄλιγ.

sed quoniam mortis perpersio suapte natura ad terram pertinere omnino videtur, *Non est, inquit, homo terrenus, qui e caelo descendit; sed nihilominus homo, quamvis ex caelo descenderit; neque enim in Evangelii nomen hoc Dominus respuit.* Quomodo igitur in dictis suis sibi consentaneus est? Si non terrenus homo, sed e caelo ad nos descendit, quomodo Filius hominis qui e caelo descendit nuncupatur? Illud enim omnino concedet, quemadmodum in terra priores filiis patres esse intelligimus, ita etiam in homine qui, ut ipse putat, e caelo venit, quandoquidem Filius hominis dicitur, non temere a patre nomen sumere; sed ejus patrem in caelo esse alium hominem, quem humano more priorem esse Filio intelligamus. Si enim verbis illis innititur, *Nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo Filius hominis*^a, et idcirco illum a terreni hominis cognatione sejungit, et e caelo ad nos venisse Filium hominem dicit: aliquem alium prorsus dabit in caelo hominem patrem illius hominis qui ad nos descendit, ita ut in caelesti vita nationes hominum, et populi, et omnia quaecunque in hac vita sunt, reperiri arbitremur. Si igitur qui e caelo venit, Filius hominis est; qui autem ex Maria de semine David secundum carnem natus est, quamvis e caelo venerit, Filius hominis appellatur, falso secundum ipsos Dei Filius dicitur, cum nec terrestris, nec caelestis ille Filius cum divinitate commune quidquam habeat. Sed in summam veluti colligens quae ab ipso dicta sunt, hisce verbis sermone finem imponit: *Si autem et e caelo Filius hominis et ex muliere Filius Dei, quomodo non idem Deus et homo censetur?* Ego sane et eundem Deum atque hominem credere, omnibus rectae fidei assertoribus convenire aio, non tamen secundum Apollinaris sententiam; neque enim divinitas res terrena, neque humanitas caeleste aliquid existit, quemadmodum ille opinatur; sed e caelo quidem^b virtus Altissimi per Spiritum sanctum humanae naturae obumbravit, hoc est, in ea efformata fuit; ex immaculata vero Virgine carnis portio coaluit; et hoc pacto, quod in ea natum est Filius Altissimi vocatus est, divina quidem potentia humanae naturae cum Altissimo affinitatem, carne vero cum homine cognationem Deo conciliante.

VII. *Sed Deus quidem est, inquit Apollinaris, per spiritus incarnationem, homo autem per carnem a Deo assumptam.* Quid est rursus incarnatio spiritus praeterquam unio cum carne nostra inita? Et undenam assumptus est homo, nisi ex primo homine cujus primam generationem e terra, non e caelo factam fuisse a Moyse ejus genealogiam describente, didicimus? *E terra enim Deus pulvere accepto, hominem finxit;* aliam autem hominis con-

^a Joan. iii, 15. ^b Luc. i, 35, sqq.

(49) Locum hunc usque ad illa verba, τοιοῦτον πατέρα, laudat Enthymius Zigabenus in *Panopliae* tit. 15, part. ii, pag. 524.

γῆ συγγενῶς ἔχειν δοκεῖ τὸ κατὰ θάνατον πάθος. *Οὐκ ἔστι, φησὶν, ἐκ γῆς ἄνθρωπος, ὁ ἐξ οὐρανοῦ καταβάς ἄνθρωπος.* "Ἄνθρωπος μέντοι, καὶ εἰ ἐξ οὐρανοῦ καταδέθηκεν" οὐ γὰρ ἀρνείται τῆς τοιαύτης προσηγορίας ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ὁ Κύριος. Πῶς οὖν ἐν τοῖς εἰρημένοις τὸ ἀκόλουθον εἶπεν; *Εἰ μὴ ἐκ γῆς ὁ ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐξ οὐρανοῦ καταβαίνει πρὸς ἡμᾶς, πῶς ἀνθρώπου Υἱὸς ὁ ἐξ οὐρανοῦ καταβαίνων λέγεται;* Δώσει γὰρ πάντως, ὡς περ ἐπὶ τῆς γῆς προστινισσομένων τῶν υἱῶν τοῦ πατέρα, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ κατ' αὐτὸν οὐρανῶθεν ἤκοντος ἀνθρώπου, ἐπειδὴ Υἱὸς ἀνθρώπου λέγεται, μὴ εἰκῆ πατρῶθεν κατονομάζεσθαι· ἀλλ' εἶναι αὐτοῦ, κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, ἐν οὐρανῶ προθεωρούμενον πατέρα ἄλλον ἄνθρωπον. *Εἰ γὰρ στηρίζεται (49) τούτῳ τῷ ῥήματι τῷ εἰρηκῶτι, Οὐδεὶς ἀναδέθηκεν εἰς τὸν οὐρανόν, εἰ μὴ ὁ ἐξ οὐρανοῦ καταβάς, ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου,* καὶ διὰ τοῦτο τῆς πρὸς τὸν γῆινον ἀνθρώπον συγγενείας αὐτὸν ἀποσχίζει, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἤκοντα Υἱὸν ἀνθρώπου λέγων· δώσει τινὰ πάντως τοῦ καταβάτος πρὸς ἡμᾶς ἄλλον ἐν οὐρανῶ τοιοῦτον πατέρα· ὥστε καὶ ἐν τῇ οὐρανίῳ ζωῇ ἔθνη ἀνθρώπων, καὶ δῆμους, καὶ πάντα (50), ὅσα κατὰ τὸν τῆδε βίον ἔστιν ὑπονοεῖσθαι. *Εἰ οὖν τὸ ἐξ οὐρανοῦ ἤκον, ἀνθρώπου ἔστιν Υἱός;* τὸ δὲ ἐκ Μαρίας ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα γεγεννημένον, ἄνωθεν δὲ, ἀνθρώπου Υἱὸς ὠνόμασται· ψευδῶς κατ' αὐτοὺς Υἱὸς Θεοῦ λέγεται, μήτε τοῦ οὐρανοῦ, μήτε τοῦ γῆινου πρὸς τὸ Θεῖον οἰκειουμένου. Ἄλλὰ συναγαγὼν ἑαυτῷ πρὸς τὸ κεφάλαιον τὰ εἰρημένα, ἐν τούτῳ συμπεραίνει τὸν λόγον· *Εἰ δὲ καὶ ἐξ οὐρανοῦ Υἱὸς ἀνθρώπου, καὶ ἐκ γυναικὸς Υἱὸς Θεοῦ, πῶς εἴχ' ὁ αὐτὸς Θεὸς καὶ ἄνθρωπος;* Ἐγὼ δὲ τὸ μὲν τὸν αὐτὸν ἀνθρώπον καὶ Θεὸν πιστεύειν εἶναι, φημί, καὶ παντὸς εἶναι τοῦ τὸν ὀρθὸν λόγον πρεσβεύοντος, οὐ μὴν κατὰ τὴν τοῦ λογογράφου διάνοιαν· οὔτε γὰρ τὸ Θεῖον γῆινον, οὔτε ἀνθρώπινον τὸ οὐράνιον, καθὼς ἐκείνος οἶεται· ἀλλ' ἄνωθεν μὲν ἡ τοῦ Ὑψίστου δύναμις, διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐν τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει ἐνεσκήασθη, τουτέστιν, ἐνεμορφώθη, ἐκ δὲ τῆς ἀμιάντου Παρθένου ἡ τῆς σαρκὸς μοῖρα συνηρανίσθη· καὶ οὕτως τὸ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, Υἱὸς Ὑψίστου κατ' ὠνομάσθη· τῆς μὲν θείας δυνάμεως τὴν πρὸς τὸν Ὑψίστον ἀγγιστείαν, τῆς δὲ σαρκὸς τὴν ἀνθρωπίνην οἰκειουμένης συγγένειαν.

Ἄλλὰ Θεὸς μέν, φησὶ, τῷ πνεύματι τῷ σαρκωθέντι· ἄνθρωπος δὲ τῇ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ προσληφθείσῃ σαρκί. Τί ἐστι πάλιν τοῦ πνεύματος σάρκωσις, ἐκτὸς τῆς πρὸς τὴν ἡμετέραν σάρκα ἐνώσεως; πόθεν δὲ προσελήφθη ἄνθρωπος, εἰ μὴ ἐκ τοῦ πρώτου (ἀνθρώπου) (51), οὐ τὴν πρώτην γένεσιν ἐκ γῆς, οὐκ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ) γενεαλογούντος τοῦ Μωϋσείως ἡρώσαμεν; *Λαβὼν γὰρ ὁ Θεὸς χεῦρ ἀπὸ τῆς γῆς, τὸν ἀνθρώπον ἔπλασεν;* ἄλλην δὲ ἀνθρώπου κατα-

(50) Corr. καὶ δῆμους, καὶ πατριάς, καὶ πάντα.

(51) Quae includuntur addita sunt a corr.

σκευήν ἐξ οὐρανοῦ συστήσαι (52) παρ' οὐδενὸς μεμαθήκαμεν. Ἔττα ἐπάγει τοῖς ἐιρημένους, ὅτι *Τὸ μυστήριον ἐν σαρκὶ ἐφανέρωθη*· καλῶς τοῦτο λέγων, οὗτος ὁ ἡμέτερος λόγος· καὶ ὅτι ὁ *Λόγος σὰρξ ἐγένετο κατὰ τὴν ἔνωσιν*· καὶ ταῦτα τῆς ὑγιαίνουσας φωνῆς ἐστὶ τὰ ῥήματα. Ὁ γὰρ ἠνώσθαι τῇ σαρκὶ τὸν Λόγον εἰπὼν, οὐδὲν ἕτερον ἢ τῶν δύο τὴν συνδρομὴν λέγει. Ἄλλ' οὐκ ἄψυχος, φησὶν, ἢ σὰρξ· στρατεύεσθαι γὰρ κατὰ τοῦ πνεύματος εἰρηται, καὶ ἀντιστρατεύεσθαι τῷ νόμῳ τοῦ νόμου (53). Ὑπερευγε τῆς ἀγνωμοσύνης! οὐκ ἄψυχον τῷ Θεῷ περιπλάσσει τὴν σάρκα. Οὐκοῦν ἐρωτήσωμεν, εἰ ἔμψυχος προσελήφθη παρὰ τοῦ Θεοῦ Λόγου ἢ σάρξ, καθὼς φησὶν ὁ λογογράφος· ἔμψυχα δὲ φαμεν καὶ τῶν ἀλόγων τὰ σώματα· ὁ ἀνθρωπίνην σάρκα, καὶ ταύτην ἔμψυχον, προσοικίζων τῷ λόγῳ, οὐδὲν ἕτερον, ἢ ὅλον συνάπτει τὸν ἀνθρώπον· οὐδὲν γὰρ ἄλλο παρὰ τὴν νοερὰν φύσιν τῆς ἀνθρωπίνης ψυχῆς ἐστὶν ἰδίωμα, διὰ τὸ ἐν πᾶσι τοῖς ἄλλοις κοινωνίαν εἶναι ἡμῖν πρὸς τὰ ἄλλα. Τὸ ἐπιθυμητικὸν, τὸ θυμοειδὲς, ἢ κατὰ τροφήν ὄρεξις, ὁ κόρος, ὁ ὕπνος, ἢ πέψις, ἢ ἀλλοίωσις, ἢ τοῦ ἀχρεωθέντος ἐκποησις, πάντα κατὰ τὸ ἴσον ἐν ἡμῖν καὶ τοῖς ἀλόγοις διὰ τινος ψυχικῆς δυνάμεως οἰκονομεῖται. Ὁ τοίνυν λέγων ἀνθρώπον εἶναι τὸν προσειλημμένον, ἔμψυχον δὲ τοῦτον διδύς, οὐδὲν ἕτερον ἢ καὶ (54) νοητὴν αὐτῷ προσεμαρτύρησε δυνάμιν, ὅπερ ἴδιον τῆς ἀνθρωπίνης ἐστὶ ψυχῆς, ἐξ αὐτῶν, ὧν παρέθετο ἡμῖν, τῶν τοῦ Ἀποστόλου ῥημάτων. Ὁ γὰρ εἰπὼν, ὅτι *Τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς ἐχθρα εἰς Θεόν· τῷ γὰρ νόμῳ τοῦ Θεοῦ οὐχ ὑποτάσσεται*· τῆς προαιρετικῆς τε καὶ διανοητικῆς δυνάμεως ἐναργῆ τὰ ἰδίωματα λέγει· τὸ γὰρ ἐπιπειθῶς, ἢ ἀντιτύπως πρὸς τὸν νόμον ἔχειν, προαιρέσεως ἴδιον· αὐτό τε τὸ τοῦ φρονήματος ὄνομα, οὐκ ἂν τις τῆς κατὰ τὸ φρονεῖν ἐνεργείας ἀποχωρήσειε. Τὸ δὲ φρονεῖν ταῦτον εἶναι τῷ νοεῖν (55), οὐδ' ἂν τῶν κομιδῆ τις νηπιαζόντων ἀντίποι· ὅ τε ἀντιστρατεύόμενος, καὶ ἀιχμαλωτίζων, πῶς ἂν τῆς ἐνεργείας τοῦ νοεῖν ἀμοιρήσειεν; Οὐ γὰρ πρὸς (56) τὰ φαῦλα κινεῖσθαι τοῖς κακοῖς τὴν προαίρεσιν, ἀπόδειξις τοῦ μὴ εἶναι νοῦν ἐν ἐκείνῳ ἐστίν, ἀλλὰ καλῆς μὲν διανοίας ἐκτός εἶσι, νοοῦσι δὲ ὅμως· ἐπεὶ καὶ τὸν ὄφιν ἐκείνον, ὃν δὴ τῆς κακίας ἀρχηγὸν καὶ εὐρέτην παρὰ τῶν Γραφῶν ἐδιδάχθημεν, οὐκ ἀνόητον εἶναι φησὶν ὁ θεόπνευστος λόγος, πλείονα τῶν ἄλλων προσμαρτυρῶν τούτῳ τὴν φρονιμότητα.

nos docet¹⁰, non caruisse mente a Deo inspiratus ipsum fuisse testatur.

Οὐκοῦν ἐξ αὐτῶν, δι' ὧν οἶεται συνιστᾶν τὸν ἐκ τοῦ λόγον, αἱ παρατιθεῖσθαι ἡμῖν φωναί! τὸ ἀσεβὲς τοῦ κατ' αὐτὸν δόγματος διελέγχουσιν. Οὐ γὰρ ἐν τούτοις μόνοις (57) ὁ Ἀπόστολος ἀντίστησι τὴν σάρκα τῷ πνεύματι, τουτέστι, τὴν πονηρὰν προαίρεσιν τῇ

¹⁰ Rom. vii, 23. ¹¹ Rom. viii, 7. ¹² Gen. iii, 1 sqq.

(52) Corr. συστήσαι.

(53) Primæva manu in Vat. cod. scribitur, καὶ παντὶ στρατεύεσθαι τῷ νόμῳ. Corr. autem vetus emendavit, καὶ ἀντιστρατεύεσθαι τῷ νόμῳ τοῦ νόμου. Vide tamen an legendum sit, καὶ ἀντιστρατεύεσθαι τῷ νόμῳ τὸν νόμον νοῦς μου, vel potius,

A constructionem e cælo exstitisse, nemo unquam nos docuit. Deinde his dictis subjungit Apollinaris, *Mysterium in carne manifestatum fuisse*; recte quidem, nam et nos idem dicimus, additque *Verbum carnem factum fuisse secundum unionem*; quæ quidem etiam sane loquentis sunt verba; qui enim carni unitum fuisse Verbum dicit, nil aliud quam duplicis rei concursum asserit. *Sed caro, inquit, non caret anima, militare enim adversus spiritum dictum est ac repugnare legi legem mentis*¹⁰. O niram inscitiam! Non inanimem Deo affingit carnem. Itaque interrogemus an animata caro a Deo Verbo fuerit assumpta, quemadmodum noster scriptor ait, anima autem prædita esse dicimus et animalium ratione carentium corpora. Qui autem humanam carnem eamque animatam Verbo attribuit, nil aliud quam integrum hominem Verbo copulat; nihil enim tam proprium est humanæ animæ quam intellectu prædita natura, eo quod in aliis omnibus communionem cum brutis habeamus. Concupiscentia, ira, cibi appetentia, satietas, somnus, digestio, alteratio, excrementorum ingestio, hæc omnia tam in nobis quam in animalibus ratione carentibus per quamdam animæ facultatem ex æquo dispensantur. Qui igitur dicit hominem esse qui assumptus est, eumque anima præditum esse concedit, nil aliud quam intelligendi facultatem testimonio suo ipsi impertitur; quod humanæ tantum animæ convenire, vel ex ipsis, quæ nobis in medium adducit, Apostoli verbis apparet. Qui enim dicit, *Sapientiam carnis inimicitiam esse in Deum, legi enim Dei non subjicitur*¹¹, manifestas eligentis et cogitantis potentiam proprietates exprimit. Nam obsequi legi vel repugnare eligentis proprium est voluntatis, ipsumque φρονήματος, hoc est, sapientiæ vel intelligentiæ nomen nemo a cogitandi vel intelligendi facultate secreverit. Φρονεῖν autem idem esse ac intelligere et animo versare, nec parvorum infantium quispiam inficias iverit, et qui alteri repugnat, eumque in servitutem redigit, quomodo intelligendi actuositate carebit? Neque enim quod libera eligentis facultas ad mala in improbis movetur, propterea illos mente destitutos esse demonstratur, sed bene quidem non cogitant, at nihilominus cogitant. Quare et serpens ille, quem *μάστιξ* principem, inventoremque fuisse Scriptura sermo dicit, qui prudentiorem cæteris animalibus

VIII. Prolata itaque a nobis in medium ejusdem verba quibus opinionem suam confirmari putat, impietatem dogmatis ab ipso prædicati palam redarguunt. Neque enim in hisce solis spiritui carnem malum videlicet propositum honestæ

ἀντιστρατεύεσθαι τῷ νόμῳ τοῦ νοῦς, ut habet D. Paulus.

(54) Ita corr., prius *et* καὶ.

(55) Ita corr., prius τὸ νοεῖν.

(56) Ita corr. τὸ πρὸς.

(57) Corr. *μόνον*.

probæque vitæ opponit Apostolus; sed et in Epistola ad Corinthios eisdem exprobrans, quod animi perturbationibus succumberent, *Carnales*, inquit, *estis*¹²: Nunquid eo tempore quo ita Corinthios alloquebatur Apostolus, mentis operationum compotes non erant homines illi secundum tripartitam hominum divisionem ab Apollinari excogitatum? Vel potius ex immodica ad carnis opera proclivitate carnales a Paulo vocati sunt, appellatione ex eo quod in ipsis atque dicitur desumpta? Sane postremam hanc illius dicti veram esse rationem quæ uno tempore eodemque consilio statim addit Apostolus, luculenter ostendunt: *Cum enim, inquit, sit inter vos zelus et contentio, nonne carnales estis*¹³? Zelare autem et contendere ad mentis operationes pertinet. Cæterum quæ in verbosa Apollinaris descriptione sequuntur, id unum fere per testimonia plura demonstrant, ex tribus, videlicet, rebus constare hominem, carne, anima atque mente, quæ quidem a nostra sententia minime distant. Ex corpore namque et anima intellectu prædita compositum esse hominem dicere, idem est atque separatim mentem per se solam numerando, tripliciter quæ in homine considerantur dividere; tametsi multas hæc loquendi ratio hæreticis errandi ansas præbeat. Si enim partem rationalem per se solam quis enumeraverit, aliam irascibilis partem a cæteris segregatam asserere poterit, nemo reliquos etiam animi motus ratione dinumerans, hominem non tribus, sed quodammodo longe pluribus compositum partibus et in multas pariter

IX. Sed hæc missa faciamus, ne singulis inmorantes in longum plus æquo confutationem nostram extendamus; ad ulteriora autem progrediamur. Dum enim triplicis naturæ, vel tripartitam, vel quocunque alio quis nuncupare voluerit nomine, hominis compositionem pluribus astruere conatur, quarumdam etiam synodaliū definitionum mentionem facit, earum nempe synodorum, quæ adversus Paulum Samosatenum collectæ fuerunt, in quarum una dicitur, *E celo Deum factum fuisse Christum*; item alterius fidei definitionis apud Nicæam promulgatæ, cuius dictum hæc disertis verbis conceptum allegat, *Qui de celo descendit, et incarnatus est, et homo factus est*. Et ubi hæc dixit, quasi jam antea astruxisset quæ mox dicturus erat, propositi sui sensum hoc pacto aperit, et veluti demonstratis jam rebus sequentia accommodans, hæc ad verbum ait: *Spiritum sane, hoc est, mentem Deum habens Chri-*

¹² I Cor. iii, 2. ¹³ *ibid.* 3.

(58) Corr. σάρκινος.

(59) Ita corr., antea πολυσχεδῆ.

(60) Plures synodos adversus Paulum Samosatenum Antiochiæ habitas fuisse testatur Eusebius lib. vii *Hist. eccl.* cap. 18 et 19.

(61) Paulus Samosatenus Christum non e celo descendisse, et ut cæteros homines, κάτωθεν, hoc est, e terra ortum dixisse affirmabat, ut in synodice Antiocheni concilii fragmentis apud Eusebium lib. vii *Hist. eccl.* c. 19, legimus. Quare vel le-

ἀστειότερα ζωῆ, ἀλλὰ καὶ πρὸς Κορινθίους φησὶ, τὸ ἐμπαθὲς αὐτοῖς ὀνειδίζων, ὅτι *Σάρκινος ἔστε*. Ἄρα κατὰ τὸν χρόνον ἐκείνῳ, καθ' ὃν πρὸς αὐτοὺς ὁ λόγος ἐγένετο, κατὰ τὴν τριμερῆ τῶν Ἀπολιναρίου τῶν ἀνθρώπων τομῆν, ἀμέτεχοι τῆς κατὰ τὸν νοῦν ἐνεργείας ἦσαν οἱ ἄνθρωποι; ἢ πάντως ἐκ τῆς ἀμέτρου πρὸς τὴν σάρκα διαθέσεως σάρκινος παρὰ τοῦ Παύλου προσηγορεύθησαν, ἐκ τοῦ πλανάζοντος τὴν ἐπινομίαν λαθόντας; Καὶ δείκνυσι τὸν τοιοῦτον λόγον ἡ σύμφοσις τῶν γεγραμμένων· *Ὅπου γὰρ ἐν ὑμῖν, φησὶ, ζῆλος καὶ ἐρις, οὐχὶ σαρκικοί (58) ἔστε; Τὸ δὲ ζηλοῦν καὶ ἐρίζειν τῆς κατὰ τὸν νοῦν ἐνεργείας ἐστὶ. Τὰ δὲ τούτων ἐχόμενα τῆς λογογραφίας, ἀποδείξιν δὴθεν περιέχει διὰ πλείονων μαρτυριῶν τοῦ ἐκ τριῶν συνιστάσαι τὸν ἄνθρωπον, ἀπὸ σαρκὸς τε καὶ ψυχῆς, καὶ νοῦ, ἀπαρ οὐ πόρρω τοῦ καθ' ἡμᾶς ἐστὶ λόγου. Ταῦτο γὰρ ἐστὶν ἐκ νοερᾶς ψυχῆς καὶ σώματος τὸν ἄνθρωπον λέγειν, καὶ ἰδιαζόντως τὸν νοῦν ἐφ' αὐτοῦ ἀριθμῆσαντα, τριχῆ διελεῖν τὴν περὶ τὸν ἄνθρωπον θεωρίαν· εἰ καὶ ὅτι πολλάς τοῖς αἰρετικοῖς δίδωσιν ὁ λόγος ἐν τούτῳ λαβᾶς. Δύναται γὰρ, εἰ τὸ νοητικὸν ἐφ' αὐτοῦ τις ἀριθμοῖ, ἐτέραν τοῦ θυμοειδοῦς τὴν περιγραφὴν λέγειν, καὶ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ πάλιν ἐτέραν. Ἴσως δ' ἂν τις καὶ τὰ λοιπὰ τῆς ψυχῆς κινήματα κατὰ τὸν λόγον ἐξαριθμούμενος, πολυσχεδῆ (59) τινὰ καὶ πολυσύνθετον ἀντὶ τοῦ τριμεροῦς ἀποδείξει τὸν ἄνθρωπον.*

et concupiscibilis rursus aliam, et fortasse non partes dissectum ostenderit.

C Ἄλλ' ἐάσω ταῦτα, ὡς ἂν μὴ τοῖς καθ' ἕνα ἐκαστὸν ἐπεξιόντες εἰς ἀμέτρου ἐκείνωμεν τὴν ἀντίρρησην, πρὸς δὲ τὰ ἐφεξῆς τοῦ λόγου προΐωμεν. Κατασκευάσας γὰρ διὰ πολλῶν τὸ τριμερῆ, ἢ τριμερῆς, ἢ ὅπως ἂν ἐθέλῃ τις ὀνομάζειν τὸ ἀνθρώπινον σύγκριμα, μέμνηται τινῶν καὶ δογμάτων συνοδικῶν (60) τῶν τε κατὰ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως συνειληγμένων, λέγοντος (61), *Ἐξ οὐρανοῦ ἀποπεθεῶσθαι τὸν Κίριον* καὶ τοῦ κατὰ Νίκαιαν ἐκφωνηθέντος, οὗ τὴν ῥῆσιν ἐπὶ λέξεως τοῦτον τὸν τρόπον εἰρημένην παρέθετο, τὸ, *Ἐξ οὐρανοῦ καταλύντα, καὶ σαρκωθέντα (62), καὶ ἐνανθρωπήσαντα*. Καὶ ταῦτα εἰπὼν, ὡς προκατασκευάσας τὸν μέλλοντα ῥηθῆσεσθαι λόγον, οὕτως ἀπογυμνοῖ τοῦ ἰδίου βουλήματος τὴν διάνοιαν, καὶ φησιν, οἷον ἐπροσκεικῶν τοῖς ἀποδοδεγμένοις, οὕτως κατὰ (63) τὴν λέξιν· *Τὸ δὲ Πνεῦμα, τουτέστι τὸν νοῦν, Θεὸν ἔχωρ ὁ Χριστὸς μετὰ ψυχῆς καὶ σώματος, εἰκότως ἄνθρωπος ἐξ οὐρανοῦ λέγεται. Τί κοινὸν ἔχει τὰ εἰρημένα πρὸς τὰ πρόαγοντα; πῶς*

gendum hic est λέγοντων, vel vox λέγοντος non ad Paulum Samosatenum, sed ad postremam fortasse synodicarum adversus eundem Paulum definitionum, cuius Eusebius meminit, referenda est.

(62) Nicæanum symbolum habet sohim διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν καταλύοντα καὶ σαρκωθέντα, tam apud Socratem, quam in cod. canonum Ecclesie Africanae.

(63) Corr. προαποδοδεγμένοις, ὅπως τὰ κατά.

τοῦτο ἢ κατὰ τοῦ Σαμωσατέως ἔδογματίσει σύνοδος; Ἄλλ' ἐὼ (64) τὰ τῆς γνώμης ἡμῶν πρεσβύτερα. Τί τοιοῦτον ἐν τοῖς κατὰ Νίκαιαν δόγμασιν ἔδειξε, Τὸν καταβάδντα ἐκ τῶν οὐρανῶν, ἢ πίστι; λέγειν, καὶ σαρκωθέντα, ὡς μὴ πρὸ τῆς καθόδου νοεῖσθαι τῆς σάρκα, ἀλλὰ δευτερεῦν μετὰ τὴν καθόδον; Τοῦτο παρὰ πάντων ἐν Ἐκκλησίαις κηρύσσεται, τὸν σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα, καὶ οὗτος ἡμέτερος, μᾶλλον δὲ τῆς Ἐκκλησίας ὁ λόγος. Ποῦ τοίνυν ἐν τοῖς εἰρημένοις ἔστιν, ὅτι τὸ Πνεῦμα, τουτέστι τὸν νοῦν, Θεὸν ἔχων ὁ Χριστὸς μετὰ ψυχῆς, καὶ (65) σώματος, ἐξ οὐρανοῦ ἀνθρώπος λέγεται; Εἶτε γὰρ ἐπὶ τῆς λέξεως ψιλῆς ἐξετάζοις τὸν λόγον, εἶτε καὶ τὴν τῶν εἰρημένων διάνοιαν, ἐν οὐδετέρῳ τὸ ῥηθὲν εὐρεθῆσεται. Ἡ μὲν γὰρ λέξις τοιοῦτον ἀπέχει τῆς λέξεως καθ' ὅσον ἀπέχουσι, ψαλμικῶς εἰπεῖν, ἀνατολαὶ ἀπὸ δυσμῶν· ἢ δὲ διάνοια τῶν εἰρημένων τί κοινὸν πρὸς τὰ δι' ἐκείνης δηλούμενα δεῖκνυσι; Φησὶν οὗτος, τὸν σαρκωθέντα τῇ ἀνθρωπίνῃ σαρκὶ Χριστὸν ἐν ἑαυτῷ Θεόν, τὸ πνεῦμα, τουτέστι τὸν νοῦν, ἔχειν· λέγει δὲ τοῦτο ὁ κελεύων ἔνθεον (66) ἄνθρωπον μὴ λέγειν τὸν Χριστὸν, Θεὸν ἔχοντα ἐν ἑαυτῷ, ὡς ἄλλον ἐν ἄλλῳ, ἀθλὸς πρὸ τῶν ἄλλων τοῦτο κατασκευάζων. Ἡ δὲ τῆς συνόδου φωνή, Τὸν ἐξ οὐρανοῦ καταβάδντα, λέγει. Νοεῖτω μὲν οὖν ὁ πολὺς καὶ ἀκέραιος τὴν ἐκ τῶν οὐρανῶν πρὸς ἡμᾶς καθόδον· οὐδὲν γὰρ πρὸς τὴν τοιαύτην ὑπόληψιν διοισόμεθα, κἂν ὑψηλοτέραν ὁ νοῦς ἐμφανῆ διάνοιαν (67), μὴ τοπικῶς λέγων καταβαίνειν τὸν Θεόν, πανταχοῦ ὄν, καὶ περιδεδραγμένον τῶν δυνάμεων· ἀλλὰ τὴν πρὸς τὸ ταπεινὸν τῆς φύσεως ἡμῶν παραδελῶν συγκατάθεσιν· πλὴν ὅπως ἂν ἡ φίλον τῷ βουλομένῳ δέχεσθαι (68) τὴν καθόδον, Τὸν σαρκωθέντα πάλιν ὁ τῆς συνόδου λόγος φησὶ, καλῶς καὶ τοῦτο λέγων· πῶς γὰρ ἂν οικειότερον τὴν ἐκ γυναικὸς ἡρμήνευσαι γέννησιν; Οὐ γὰρ, ἢ Θεὸς ἔστιν, αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν ἐκ γυναικὸς ἐγεννήθη. Ὁ γὰρ πρὸ τῆς κτίσεως ὢν, τὸ διὰ σαρκὸς γεγενῆσθαι, αὐτὸ τὸ εἶναι οὐκ ἐπιδέχεται (69)· ἀλλὰ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι προσδοποιήσας τὴν τῆς ἰδίας δυνάμεως εἰσοδόν, καὶ μηδὲν τῆς ὑλικῆς ἀφορμῆς πρὸς τὴν κατασκευὴν τοῦ οἰκείου σκήνους προσδεηθεῖς, κατὰ τὴν εἰρημένον περὶ τῆς Σοφίας, Ἐαυτῷ ὠκοδομήσεν οἶκον (70), τὸν ἐκ τῆς Παρθένου χοῦν ἀνθρωποποιήσας, δι' οὗ συνεκράθη πρὸς τὸ ἀνθρώπινον.

interpretata esset? Non enim, prout Deus est, ipse per semetipsum ex muliere genitus est; nam qui ante creaturarum rerum conditionem exsistebat, per carnis nativitatem non cœpit esse; sed Spiritu sancto viam ad ipsius virtutis ingressum præparans, et materiæ subsidio ad proprii habitaculi constructionem nihil indigens, juxta illud quod de Sapientia dicitur, *Edificavit sibi metipsi domum* ¹⁵, terram ex Virginis utero acceptam, per quam cum

Ποῦ τοίνυν ἐν τοῖς φησὶν ὁ λόγος, ὅπερ τῷ Ἀπολιναρίῳ δοκεῖ, Τὸ πνεῦμα, τουτέστι τὸν νοῦν, Θεὸν ἔχων ὁ Χριστὸς μετὰ ψυχῆς καὶ σώματος, εἰκότως ἔξ

si una cum anima et corpore, jure merito homo e caelo veniens dicitur. Quid hæc dicta cum præcedentibus commune habent? Ubinam hoc congregata adversus Samosatenum synodus definiuit? Sed quæ circa nostrum dogma vetustiora sunt, omittamus. Quidnam tale verba illa, Qui de caelo descendit, et incarnatus est, in Nicæni concilii dogmatibus significare fides ostendit, nisi quod ut non ante Filii e caelo descensum carnem exstitisse, sed posteriorem eodem descensu esse intelligamus? Hoc in Ecclesiis ab omnibus prædicatur, incarnatum nempe et hominem factum fuisse Christum; et hic noster, imo potius Ecclesiæ sermo est. Ubinam igitur in dictis concilii Nicæni dogmatibus reperitur, spiritum, hoc est, mentem Deum, una cum anima et corpore habentem Christum, jure merito venientem e caelo hominem vocari? Sive enim, prout nuda verba sonant, hanc Apollinaris sententiam examines, sive in eorundem sensum inquiras, neutro modo id quod ipse animo intendit, in illis synodi verbis invenies. Verba enim synodi ab Apollinaris verbis tantum differunt quantum, ut Psalmorum verba usurpauit, oriens distat ab occidente ¹⁵; eorundem vero sensus quidnam commune cum his quæ synodi verba præ se ferunt, exprimit? Ait hic, incarnatum humana carne Christum in se ipso Deum habere qui ejus spiritus, hoc est, mens exsistat; et hæc ille idem asserit qui divinam hominem Christum dici velit, et eundem Christum in se ipso Deum habere, tanquam alium in alio, primus omnium conatur astruere: synodi vero vox ait, *Qui de caelo descendit*. Intelligat itaque eximius hic atque sincerus vir Christi e caelo ad nos descensum; in nullo enim circa hoc ad invicem discrepabimus, quamvis sublimiori sensu hæc intelligenda sint, non quasi divinitatem quæ ubique est et cuncta creata continet, localiter ad nos descendisse dicat, sed quod eo loquendi modo Deo ad nostræ naturæ humilitatem condensio significetur. Sed quocunque modo quis voluerit descensionem istam accipere, synodi textus subjungit, *Qui incarnatus est*, pulchre et hoc ipsum asserens; quoniam enim pacto magis proprie nativitatem ex muliere

habere, tanquam alium in alio, primus omnium conatur astruere: synodi vero vox ait, *Qui de caelo descendit*. Intelligat itaque eximius hic atque sincerus vir Christi e caelo ad nos descensum; in nullo enim circa hoc ad invicem discrepabimus, quamvis sublimiori sensu hæc intelligenda sint, non quasi divinitatem quæ ubique est et cuncta creata continet, localiter ad nos descendisse dicat, sed quod eo loquendi modo Deo ad nostræ naturæ humilitatem condensio significetur. Sed quocunque modo quis voluerit descensionem istam accipere, synodi textus subjungit, *Qui incarnatus est*, pulchre et hoc ipsum asserens; quoniam enim pacto magis proprie nativitatem ex muliere

X. Ubinam igitur in his verbis synodi sermo asserit, quod Apollinaris censet, nempe spiritum, hoc est mentem Deum, una cum anima atque cor-

¹⁵ Psal. cii, 12. ¹⁶ Prov. ix, 1.

(64) Ita corr., antea ἔξ.

(65) Corr. ψυχῆς τε καί.

(66) Vide supra.

(67) Similia habet Nyssenus in orat. *De deitate Filii et Spiritus sancti*.

(68) Corr. δεχέσθω.

(69) In Vat. cod. scribitur, uti editum est. Corr. tamen antiquus emendavit hoc pacto τοῦ διὰ σαρκὸς γεγενῆσθαι αὐτὸ τὸ εἶναι οὐκ ἐπέχεται. Sed legendum videtur τῷ διὰ σαρκὸς γεγενῆσθαι αὐτὸ τὸ εἶναι οὐκ ἐπιδέχεται.

(70) Corr. τὸν οἶκον.

pore habentem Christum jure merito caelestem hominem vocari? Si enim ipsi fas est pro libitu ad ea quae sibi visa fuerint divina eloquia pertrahere, et, somniorum interpretum more, quaecumque voluerit significationem sacris Scriptis aptare, hos aliosque his similes sensus divinis sermonibus ascribat. Si vero *aniles fabulas et profanas vocum novitates* omnimodis explodi oportere ait Apostolus¹⁷, non est ipsi permittendum ea simul jungere quae inter se dissident, et invicem componere quae communionem secum habere non possunt. Sed et rationibus illis, quibus sua dicta uberius confirmare conatur, nobis ad suum ipsius dogmatis subversionem auxilium potius opemque suppeditat: ait enim Paulum quoque primum hominem Adam, etsi corpore praeditum, animam vocare, B pulchre quidem et perquam vore id asserens¹⁸. Nunquid ergo primus homo in animam viventem factus, uti Paulus commemorat, aliquam rationis expertem animam, brutorum instar, habuit? Atqui non vulgarem intelligendi vim atque facultatem in ipsum collatam fuisse sacra testatur Historia: Deus enim cuncta quidem animalia ad eum adduxit, ipse vero quod ad singulorum naturam designandam aptum conveniensque esset, animo concipiens, unicuique nomen imponendi arbitrium habuit¹⁹. Sed et inobedientia, et ad ea quae non decebat fieri proclivitas, et male factorum pudor, et delictorum excusatio prompte adinventae, haec omnia mentis facultatem satis superque demonstrant. Curnam igitur intelligendi vim in Adamo Paulus silentio praeteriit? Num scilicet unius partis denominatione quod reliquum est complectitur, ut in illo, *Ad te omnis caro veniet*²⁰, per carnem David p[er]tinentia quinquaginta annis ab Aegyptiis hospitio exceptus²¹, nec carne, nec mente per illud tempus in sacra Scriptura destitutus exhibetur?

XI. Sed inquit Apollinaris: *Secundus homo de caelo spiritualis dicitur*²², quod utique hominem qui cum Deo commisit est, mente carere significat. Verum ex his quae mox apponit verbis, facile hujus ineptiae confutatio desumitur. Qui enim ait; *Qualis caelestis, tales et caelestes*, longo ab hujusmodi opinione nos removel. Si enim qui in venientem e caelo credunt, a Paulo²³ et ipsi caelestos vocantur, utpote qui in caelos, ut alibi ait, per vitae institutum transmigraverint, et qualis ille caelestis est tales et hos caelestes dicit Apostolus; nemo vero eorum qui fidem amplexi sunt, mentis est expertus; necessario itaque ex hac comparatione demonstratur, Christum in similitudinem hominum factum esse, adeoque ei mentem inesse. *Qualis enim, inquit, caelestis, tales et caelestes*: ita ut vel omnes mente praeditos esse, vel nullos necessario fatendum sit. Quemadmodum enim terreni hominis proprietates in his qui ex illo progeniti sunt, con-

οὐρανοῦ ἄνθρωπος λέγεται; Εἰ μὲν γὰρ ἔξεστι κατ' ἐξουσίαν αὐτῷ πρὸς τὸ δοκοῦν ἔλκειν τὰ θεῖα λόγια, καὶ κατὰ τοὺς τῶν ὄνειρων ὑποκριτὰς, ὅπερ ἂν ἐθέλη, τοῦτο τῷ γράμματι προσαρμόζειν τὸ νόημα, ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα τοῖς θείοις λόγοις ἐπισημίζεται νοήματα. Εἰ δὲ τοὺς γραῶδεις μύθους, καὶ τὰς βεβήλους κερωνίας κατὰ πάντα τρόπον ἀπαθεῖσθαι φησι δεῖν ὁ Ἀπόστολος, οὐδαμῶς συγχωρητέον αὐτῷ συναρμόζειν ἀλλήλοις τὰ ἀκοινώνητα, καὶ προσκαλλᾶν τὰ ἀσύμβατα. Καὶ μᾶλλον δ' ἂν ἡμῖν αὐτοῖς δι' ὧν ἐπαγωνίζεται τοῖς εἰρημένοις πρὸς ἀνατροπὴν τοῦ δόγματος αὐτοῦ (71) συμμαχήσει· φησὶ γὰρ ὅτι καὶ ὁ Παῦλος τὸν πρῶτον Ἀδάμ ψυχὴν καλεῖ μετὰ σώματος ὄσαν, καλῶς τοῦτο καὶ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας εἰπών. Ἄρα οὖν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος, ὁ εἰς ψυχὴν ζῶσαν παρὰ τοῦ Παύλου μνημονευθεὶς, κτηνεῖαν τινὰ ψυχὴν εἶχε, καὶ ἄλογον; Καὶ μὴν οὐκ ὀλίγην αὐτῷ προσαρτρυεὶ τὴν διανοητικὴν χάριν ἡ ἱστορία· προσήγετο μὲν γὰρ αὐτῷ παρὰ τοῦ Θεοῦ τὰ ζῶα, τῆς δὲ τῶν ὀνομάτων εὐρέσεως ἐκεῖνος κύριος ἦν, τὸ προσφύεσθαι καὶ ἀρμόδιον ἐκάστῳ περινοῶν. Ἀλλὰ καὶ ἡ παρακοή, καὶ ἡ περὶ τὰ μὴ δέοντα συνδιθήσεις, καὶ ἡ ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις αἰσχύνη, καὶ τὸ πρόσφορον ἐπὶ τοῖς ἐγκλήμασιν ἀπολογία εὐρεῖν, πάντα ταῦτα τῆς κατὰ τὸν νοῦν ἐνεργείας ἀπόδειξις γίνεται. Τί δήποτε τοίνυν παρεσιωπήθη παρὰ τοῦ Παύλου τὸ νοερὸν τῆς ψυχῆς ἐπὶ τοῦ Ἀδάμ; Ἡ δὲ γλῶσσι τῷ μέρει συνονομάζεται τὸ λειπόμενον, ὡς τὸ, *Πρὸς σέ πάντα σὰρξ ἤξει*, διὰ τῆς σαρκὸς ὄλον σημαίνων ὁ Δαβὶδ τὸ ἀνθρώπινον· καὶ ὁ Ἰακώβ ἐν ἐβδομήκοντα πάντε ψυχῆς τοῖς Αἰγυπτίοις ἐπιξενούμενος, οὐκ ἄνους, οὔτε ἄσαρκος κατὰ τὸν χρόνον ἐκείνων ὑπὸ τῆς Γραφῆς ἱστορεῖται;

omne humanum genus significat; et Jacob cum se-

Ἄλλὰ φησὶ ὁ λογογράφος, ὅτι Ὁ δευτέρως ἄνθρωπος ἐξ οὐρανοῦ πνευματικὸς λέγεται, καὶ τοῦτο σημῖον ποιεῖται τοῦ ἄνθρωπον εἶναι τὸν τῷ Θεῷ συγκαρδέοντα ἄνθρωπον. Καίτοι πρόχειρος τῆς ἀτοπίας ὁ ἐλεγχος, ἐξ αὐτῶν, ὧν παρέθετο. Ὁ γὰρ εἰπὼν, *Ὅλος ὁ ἐπουράνιος, τοιοῦτοι καὶ οἱ ἐπουράνιοι*, πόρρω τῆς τοιαύτης ὑπονοίας ἡμᾶς ἀφίστησιν. Εἰ γὰρ οἱ πεπιστευκότες τῷ ἐξ οὐρανῶν ἦκοντι, καὶ αὐτοὶ παρὰ τοῦ Παύλου ἐπουράνιοι λέγονται, οἱ μεταθετικότες, καθὼς φησὶν, εἰς οὐρανοὺς τὸ πολιτευμα, καὶ ὅσος ἐκεῖνος ὁ ἐπουράνιος, τοιοῦτους εἶναι καὶ τούτους τοὺς ἐπουρανίους φησὶν ὁ Ἀπόστολος· οὐδεὶς δὲ ἄνους τῶν παραδειγμαμένων τὴν πίστιν· ἀνάγκη πᾶσα τὴν ὁμοιωτικὴν ταύτην σύγκρισιν ἀπόδειξιν γενέσθαι τοῦ καθ' ὁμοιότητα τῶν ἀνθρώπων καὶ ἐν ἐκείνῳ τὸν νοῦν εἶναι. Ὅλος γὰρ, φησὶν, ὁ ἐπουράνιος, τοιοῦτοι καὶ οἱ ἐπουράνιοι· ὥστε ἢ ἐν πᾶσι τὸν νοῦν, ἢ ἐν οὐδενὶ κατ' ἀνάγκην ὁμολογήσουσιν. Ὡσπερ γὰρ τὰ τοῦ χοῦκοῦ ἰδιώματα τοῖς ἐξ ἐκεί-

¹⁷ I Tim. iv, 7; vi, 20. ¹⁸ I Cor. xv, 45. ¹⁹ Gen. ii, 19.

²⁰ I Cor. xv, 47. ²¹ Philipp. ii, 20.

²² Gen. ii, 19. ²³ Psal. lxxiv, 2. ²⁴ Gen. xlvi, 27.

(71) Ita corr., antea αὐτῶν.

νου ἐνθεωρεῖται, οὕτως ἐπάναγκες κατὰ τὴν τοῦ Ἀποστόλου ἀπόφασιν, τὸν κατὰ πάντα πεπειραμένον τοῦ ἡμετέρου βίου, καθ' ὁμοιότητα, χωρὶς ἁμαρτίας (ὁ δὲ νοῦς ἁμαρτία οὐκ ἔστι) πρὸς πᾶσαν ἡμῶν οἰκείως ἔχειν τὴν φύσιν. Οὕτως γὰρ τὸ ἀποστολικὸν ἀληθεύεται, τὸ ἡμᾶς κατ' ἐκείνον εἶναι, εἰ ὁμολογηθεῖν ἡκάτερον καθ' ἡμᾶς γεγενῆσθαι, ἵνα ἐκ τοῦ γενέσθαι οἶος ἡμεῖς, ἡμᾶς ποιήσει οἶος ἐκείνος.

Πάλιν τοίνυν τῶν παρ' αὐτοῦ ρηθέντων ἐπιμνησθησόμεθα· *Καθὸ καὶ τὸν πρότερον Ἀδὰμ ὁ Παῦλος ψυχὴν καλεῖ μετὰ σώματος οὖσαν, καὶ οὐκ ἄνευ σώματος, τῷ δὲ ὅλῳ τὴν ἐπιωνυμίαν διδοῦσαν, καὶ ἄφ' ἑαυτῆς καὶ αὐτὴ κατὰ σύλληψιν τοῦ πνεύματος καλεῖται ψυχὴ.* Ὅ ταῦτα λέγων ὁμολογεῖται τρία κατὰ σύλληψιν τῷ τῆς ψυχῆς καλεῖσθαι ὄνοματι, ὡς περιειλημμένης (τῆς τε τοῦ σώματος καὶ τῆς [72]) τοῦ πνεύματος ἐν τῷ αὐτῷ σημασίας. Ἄλλὰ τὸν ἔσχατον, φησὶ, *Πνεῦμα ζωοποιοῦν ὁ Παῦλος καλεῖ.* Ὅπερ οὖν ἐν ἐκείνῳ διὰ τοῦ πλεονάζοντος κερρατηκέναι τὴν ἐπιωνυμίαν κατὰ τῶν λοιπῶν τῶν σημαινομένων ἴδειρε, τοῦτο πάντως καὶ ἐπὶ τούτου τὸ ἰσοδύναμον (73) ἔχει. Εἰ γὰρ ὁ Ἀδὰμ, ἐπειδὴ ἥμαρτε, ψυχὴ λέγεται, ὁ τῷ θεῷ ἐγκραθεὶς ἄνθρωπος, *Ἐπειδὴ ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησε, οὐδὲ εὐρέθη δόλος ἐν τῷ στήματι αὐτοῦ, πνεῦμα τὸ ὅλον κατονομάζεται.* Ἄλλ' οὐ καταδέχεται τὴν τοιαύτην διάνοιαν· φησὶ γὰρ *ἐκείνον μεν ἐκ γῆς χοικόν, διότι τὸ σῶμα ἐκ τοῦ χοῦ πλάσθη ἐν γῆνυχώθῃ.* Ἄρα ὁ νοῦς, ὅπερ ὀνομάζει πνεῦμα, οὐ συγκατεβλήθη τῷ κατὰ τὸν Ἀδὰμ πλάσματι; Οὐκ οὖν ἐν τίνι αὐτῷ (74) ἢ πρὸς τὸν θεὸν ὁμοίότης; τίς δὲ ἢ ἐκ τοῦ θεοῦ ἐμφυσήματος (75) ἀπορροή, εἰ μὴ ὁ νοῦς ταῦτα εἶναι πιστεύοιτο; Τοῦτον δὲ φησὶν *ἐξ οὐρανοῦ διὰ τοῦτο καλεῖσθαι, διότι τὸ Πνεῦμα τὸ εὐράνιον ἐσαρκώθη.* Τίς Γραφὴ ταῦτα λέγει; εἰς τίνα τῶν ἁγίων (ἀναφέρει (76) τὸν λόγον), ὅτι Πνεῦμα ἐσαρκώθη; Οὐχ οὕτως παρὰ τῶν εὐαγγελίων ἡκούσαμεν· οὐχ οὕτως παρὰ τῆς μεγάλης τοῦ Ἀποστόλου φωνῆς· *ἐδιδάχθημεν, ἀλλ' οἱ μὲν ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, λέγει τὸ κήρυγμα, καὶ ἐν εἶδει περιστερᾶς τὸ Πνεῦμα καταβῆναι φησὶν ἡ εὐαγγελικὴ ἱστορία.* Σάρκωσιν δὲ Πνεύματος οὐδεὶς εἶπε τῶν τῷ πνεύματι λαβόντων μυστήρια. *Ἡ δόξα κατεσκηνώσεν ἐν τῇ γῆ ἡμῶν· καὶ, Ἡ ἀλήθεια ἐκ τῆς γῆς ἀνέτειλε· καὶ, Θεὸς ἐφανέρωθη ἐν σαρκί· καὶ, Δικαιοσύνη ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διεκλύθη, καὶ ἄλλα τοιαῦτα πολλά.* Πνεῦμα δὲ σαρκούμενον ἢ θεόπνευστος οὐκ οἶδε Γραφὴ. *Καὶ προεπάργει, φησὶν, ὁ ἄνθρωπος Χριστὸς οὐχ ὡς τέρον δντος παρ' αὐτὸν τοῦ Πνεύματος, τουτέστι τοῦ θεοῦ· ἀλλ' ὡς τοῦ Κυρίου ἐν τῇ τοῦ θεοῦ ἀνθρώπου φύσει θεοῦ Πνεύματος δντος.* Ταῦτα

spiciuntur, ita etiam juxta Apostoli dictum, qui per omnia quæ ad nostram vitam pertinent, tentatus fuit pro similitudine absque peccato ²⁴. ²⁵ (mens autem peccatum non est), necessarium omnino est, eum cum omnibus naturæ proprietatibus convenientiam conjunctionemque servare. Nam hoc pacto illud Apostoli verum esse monstratur, nos videlicet similes illi esse, si fateamur et illum similem nobis factum fuisse, ut ex eo quod talis factus est quales nos sumus, nos tales efficeret qualis est ipse.

'Ἄλλ' ὁ μὲν λογογράφος κατὰ τὸ δοκοῦν ἐν ταῖς τῶν λογισμῶν ἀνοδίαις διαπλανᾶσθω· ἡμεῖς δὲ τὴν ἀποστολικὴν διδασκαλίαν, τὴν παρ' αὐτοῦ τούτου μνημονευθεῖσαν, εἰς ἐλεγχον τῶν ἀσεβῶν ὑπολήψεων παραθέντες, πρὸς τὰ ἐξῆς τοῦ λόγου δραμοῦμεθα. "Ὁς ἐν μορφῇ Θεοῦ, φησὶν, ὑπάρχων. Οὐκ εἶπε, μορφὴν ἔχων ὁμοίαν Θεοῦ, ὅπερ ἐπὶ τοῦ καθ' ὁμοίωσιν Θεοῦ γεγονότος λέγεται, ἀλλ' ἐν αὐτῇ ὑπάρχων τοῦ Θεοῦ τῇ μορφῇ· πάντα γὰρ τὰ τοῦ Πατρὸς ἐν τῷ Υἱῷ. Οὐκοῦν καὶ τὸ ἄδιδον, καὶ τὸ ἄποσον, καὶ τὸ ἄβλον, καὶ ἀσώματον, ὡς ἂν διὰ πάντων σώζοιτο τοῦ πατρικοῦ χαρακτήρος ἐν τῷ Υἱῷ ἢ μορφῇ· καὶ ὡς Ἰσα Θεῷ· ποίαν ἢ ἰσότητος διαφορὰς τινος, ἢ παραλλαγῆς ἐννοίαν ὑπολείπεται; Πῶς δ' ἂν ἐφαρμοσθεῖ τοῖς κατὰ τὴν φύσιν παρηλλαγμένοις τὸ ἴσον; Εἰ γὰρ ὁ μὲν σαρκώδης τὴν φύσιν, ὁ δὲ καθαρεύων ἀπὸ σαρκός, πῶς ἂν τις εἰς ἴσον ἄγει τὸ τοιοῦτον τῷ μὴ τοιοῦτῳ; Ἐκένωσεν ἑαυτὸν, φησὶ, μορφὴν δούλου λαβὼν. Τίς ἢ δουλικὴ μορφή; Πάντως τὸ σῶμα· οὐ γὰρ ἕτερόν τι παρὰ τούτου παρὰ τῶν Πατέρων ἠκούσαμεν. Οὐκοῦν ὁ εἰπὼν, ὅτι μορφὴν ἔλαβε δούλου, σὰρξ δὲ ἐστὶν ἡ μορφή, ἄλλο τι ὄντα αὐτὸν κατὰ τὴν θεῖαν μορφὴν, ἄλλο τι οὖσαν τῇ φύσει τὴν δουλικὴν μορφὴν εἰληφέναι λέγει. Ἄλλὰ καὶ ἡ τοῦ Ἐκένωσεν λέξις σαφῶς παρίστησι τὸ μὴ ἀεὶ τοῦτο εἶναι, ὅπερ ἡμῖν ὤφθη, ἀλλ' εἶναι μὲν ἐν τῷ πληρώματι τῆς θεότητος Ἰσα Θεῷ, ἀπρόσιτον, καὶ ἀπροσπέλαστον, καὶ μάλιστα γὰρ τῇ βραχύτητι τῆς ἀνθρωπίνης οὐδενείας ἀχώρητον (40)· χωρητὸν δὲ τῇ ἐπικλήρῳ τῆς σαρκὸς φύσει τότε γενόμενον, ὅτε ἐκένωσε, καθὼς φησὶν ὁ Ἀπόστολος, τὴν ἀφραστον αὐτοῦ τῆς θεότητος δόξαν καὶ τῇ βραχύτητι ἡμῶν συγκαταεμίχρυσεν, ὥστε ὁ μὲν ἦν, μέγα καὶ τέλειον καὶ ἀπεριληπτόν ἦν· ὁ δὲ ἔλαβεν, ἰσομέγεθες ἦν τῷ ἡμετέρῳ μέτρῳ τῆς φύσεως. Ἐρ ὁμοιώματι γὰρ, φησὶν, ἀνθρώπου γερόμοτος καὶ σχήματι, ὡς οὐκ ἔχων δηλονότι ἐξ ἀρχῆς περὶ αὐτὸν (41) τῆς τοιαύτης φύσεως τὸ ὁμοίωμα, οὐδὲ πρὸς τινὰ σωματώδη τύπον σχηματίζόμενος. Πῶς γὰρ ἂν περιτυπωθεῖ τῷ ἀσωμάτῳ σχήματος τύπος; Ἄλλὰ τότε ἐν σχήματι γίνεται, ὅτε σχηματίζόμενος ἑαυτῷ περιτίθησι. Τοῦτο δὲ ἐστὶν ἡ τοῦ σώματος φύσις.

formam configuratus sit. Quomodo enim rei incorporeæ alicujus figuræ forma impressa fuisset? Sed tunc in corporis speciem factus est, cum ea se ipsum induit: hæc autem est ipsa corporis humani natura.

Εὐρεθεὶς τοίνυν ὡς ἄνθρωπος· καὶ γὰρ καὶ ἄνθρωπος, εἰ καὶ μὴ δι' ὅλου ἀνθρώπος, ἀλλ' ὡς ἄνθρωπος, διὰ τὸ κατὰ τὴν παρθενίαν μυστήριον· ὡς ἂν φανερὸν διὰ τοῦτο γένοιτο, ὅτι οὐ διὰ πάντων τοῖς νόμοις τῆς ἀνθρωπίνης ἐδούλευσε φύσεως, ἀλλὰ θεϊκῶς ἑαυτὸν εἰσοικίσας τῷ βίῳ, καὶ μὴ δεηθεὶς τῆς ἐκ τοῦ γάμου

(41) Corr. περὶ ἑαυτὸν.

ἐνεργείας πρὸς τὴν κατασκευὴν (42) τοῦ ἰδίου πλάσματος, εὐρίσκεται οὐ διὰ πάντων κοινὸς ἄνθρωπος, διὰ τὸ παρηλλαγμένον αὐτοῦ τῆς συστάσεως, ἀλλ' ὡς ἄνθρωπος. Καὶ οὕτως ἐταπεινώσεν ἑαυτὸν, ἀτρέπτως γενόμενος ἄνθρωπος. Εἰ γὰρ ἀπ' ἀρχῆς τοῦτο ἦν, ἐν τίνι γέγονεν ἡ ταπεινώσις; Νῦν δὲ ὁ Ὑψίστος διὰ τῆς πρὸς τὸ ταπεινὸν τῆς φύσεως ἡμῶν ἐνώσεως ἑαυτὸν ἐταπεινώσεν. Ἐνωθεὶς γὰρ τῇ μορφῇ τοῦ δούλου, ἦν ἔλαθε, καὶ ἐν πρὸς αὐτὴν γενόμενος, οἰκειοῦται τὰ τοῦ δούλου πάθη, καὶ καθάπερ καὶ ἐν ἡμῖν γίνεται διὰ τῆς πρὸς τὰ μέλη συμφυίας, ἐάν τι τῷ ἄκρῳ συμπέσῃ τοῦ θνυχοῦ, τὸ πᾶν τῷ πεπονηθότι συνδιατίθεται, ἐφ' ὅλον τὸ σῶμα διηκούσης τῆς συναίσθησεως, οὕτως ὁ ἐνωθεὶς ἡμῶν τῇ φύσει, οἰκειοῦται τὰ ἡμέτερα πάθη, καθὼς φησιν Ἡσαίας, ὅτι *Αὐτὸς τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἀνέλαθε, καὶ τὰς νόσους ἐβάστασε*, τὴν ὑπὲρ ἡμῶν ὑποστάς πληγὴν, ἵνα τῷ μῶλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς λαθῶμεν· οὐχ ὅτι ἡ θεότης ἐμωλωπίσθη, ἀλλ' ὁ προσηύχων διὰ τῆς ἐνώσεως (43) τῇ θεότητι ἄνθρωπος, οὗ ἡ φύσις δεκτικὴ μῶλωπος γενέσθαι δύναται· ταῦτα δὲ (44) γίνεται, ὅπως ἂν διὰ τὸν αὐτῶν πάλιν ὀδῶν ἢ τῆς κακίας ὁδὸς ἀναλυθεῖη. Ἐπειδὴ γὰρ διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἀνθρώπου (45), ὁ θάνατος (46) (εἰσῆλθε, τούτου χάριν διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ δευτέρου ἀνθρώπου) ἐξοικίζεται. Διὰ τοῦτο ὑπήκοος μέχρι θανάτου γίνεται, ἵνα διὰ μὲν τῆς ὑπακοῆς (47) (τὸ ἐκ τῆς παρακοῆς) θεραπεύσῃ πλημμέλημα· διὰ δὲ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως τὸν συνεισελθόντα τῇ παρακοῇ θάνατον ἐξαφανίσῃ. Ἀφανισμὸς γὰρ ἐστὶ θανάτου ἢ ἐκ θανάτου τοῦ ἀνθρώπου (48) ἀνάστασις· Διὸ, φησὶ, καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε. Τοῦτο καθάπερ σφραγίς τις τῆς προλαβούσης διανοίας ἐστὶ. Δῆλον γὰρ, ὅτι τὸ ὑψίστον τοῦ ὑψωθῆναι οὐκ ἐπιδέεται, ἀλλὰ τὸ ταπεινὸν εἰς ὑψος ἀφίεται, νῦν γενόμενον (49), ὃ μὴ πρότερον ἦν. Ἐνωθεῖσα γὰρ τῷ Κυρίῳ ἡ ἀνθρωπίνη φύσις συνεπαίρεται τῇ θεότητι, καὶ τὸ ὑψόμενον ἐκείνῳ ἐστὶ τὸ ἐκ τοῦ ταπεινοῦ ἐπαυρόμενον· ταπεινὸν δὲ ἡ τοῦ δούλου μορφή, διὰ τῆς ὑψώσεως γινομένη Χριστὸς τε καὶ Κύριος. Καὶ ἐπειδὴ ὁ κατὰ Χριστὸν ἄνθρωπος κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην ἀκολουθίαν ὀνόματι κατὰ τὸ ἰδιάζον προσηγορεύθη, διὰ τῆς γενομένης τῇ Παρθένῳ παρὰ τοῦ Γαβριὴλ μυσταγωγίας, καὶ τὸ ἀνθρώπινον, καθὼς εἴρηται, Ἰησοῦς ὀνομάσθη· ἡ δὲ θεία φύσις ἀπερληπτός ἐστιν ὄνοματι· ἐν δὲ τὰ δύο διὰ τῆς ἀνακρίσεως γέγονε· τούτου χάριν καὶ ὁ Θεὸς ἐκ τοῦ ἀνθρώπινου κατονομάζεται. Ἐν γὰρ τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν (50) γόνυ κάμψει, καὶ ὁ ἄνθρωπος ὑπὲρ πᾶν ὄνομα γίνεται, ὅπερ ἰδίον ἐστὶ τῆς θεότητος, τῆς δουλωθῆναι μὴ δυναμένης ὑπὸ τινος ὀνομαστικῆς

⁴² Isa. LIII, 4. ⁴³ Rom. v, 19. ⁴⁴ Philipp. II, 8 sqq.

(42) Ita corr.; antea enim erat καὶ μὴ συνεργείας πρὸς τὴν κατασκευὴν, manifesto veteris librarii errore.

(43) Corr. ἀνακρίσεως.

(44) Corr. ἀδιδίχθαι δέ; et mox ἵνα διὰ.

(45) Corr. τοῦ ὑπ' ἀνθρώπου. Forte legendum, τοῦ πρώτου ἀνθρώπου.

(46, 47) Quæ semicirculis includuntur a corr. sunt addita.

A constitutionem nuptiarum opere non indigentem, reperiri non ut omnino vulgarem hominem, eo quod diverso a cæteris hominibus officio conditus esset, sed ut hominem, eoque pacto humiliavit semet ipsum, sine ulla sui mutatione factus homo. Si enim ab initio id exsistisset, quanam in re humiliatus esset? Nunc autem Altissimus per unionem cum naturæ nostræ humilitate initam se ipsum humiliavit. Nam formæ servi, quam assumpsit, unitus et unum quid cum ipsa factus, servi passiones sibi proprias reddidit; et quemadmodum ob membrorum inter se connexionem nobis evenire solet, ut si quid mali in summitate unguum acciderit, totum una cum læsa parte pariter afficiatur, dolore per universum corpus pervagante: ita naturæ nostræ unitus, passiones nostras proprias sibi fecit, et quemadmodum ait Isaias, *Ipse infirmitates nostras accepit, et ægrotationes nostras portavit*⁴³, plagas pro nobis sustinens, ut ejus livore nos sanaremur; non quod divinitas vibices ex vulneribus contraxerit, sed hæc passus est homo, qui per unionem ipsi divinitati conjunctus est, quique sui natura vicibus accipiendis patet: hoc autem fit, ut per easdem rursus vias antiqua peccati semita evertatur. Quoniam enim per hominis inobedientiam mors ingressa est in mundum, propterea per secundi hominis obedientiam eliminatur⁴⁴. Et ea de causa obediens fit usque ad mortem⁴⁵, ut per obedientiam quidem inobedientiæ peccato mederetur, per resurrectionem vero a mortuis mortem destrueret, quæ una cum inobedientia mundum ingressa est. destructio enim mortis est hominis a morte resurrectio; *Propter quod, inquit, et Deus exaltavit illum*. Hoc velut quædam præcedentis sententiæ confirmatio est. Nemini enim latet altissimum exaltatione non indigere, at vero, quod humile est, si fiat quod antea non fuerat, sublimitatem acquirere. Natura enim hominis Deo conjuncta ad divinitatis celsitudinem evehitur, illud autem exaltatur quod ex humili sublime fit; humile autem quid est forma servi, quæ per exaltationem Christus Dominusque evadit: et quoniam Christus, quatenus homo erat, proprio, ut humanæ naturæ conveniebat, nomine debuit appellari: ideo humanitas Verbi in divini mysterii annuntiatione a Gabriele ad Virginem facta Jesus, uti diximus, vocata fuit; cumque divina natura nullo explicari nomine possit, et alioquin duo per commistionem unum quid fiant: hinc est quod et Deus in Christo ex eo quod humanum

(48) Hæc verba super illis aliis, τοῦ ἀνθρώπου, de more scripsit corr.; incertum tamen an iis substituenda, an potius una cum eisdem in contextum referenda esse censuerit; sed utrovis modo legatur, integer est auctoris sensus.

(49) Corr. γινόμενον.

(50) Verbum πᾶν add. corr. illudque habet etiam Apostolus.

est denominetur. In nomine enim Jesu omne A genu flectetur, et homo est super omne nomen, quod divinitatis proprium est, quæ nulli denominationi subjecta esse potest, ut quemadmodum quod sublime est in humili subsistit, ita vicissim quod humile est sublimes proprietates suscipiat. Nam sicuti per hominem divinitas nomen obtinet, ita supra nomen fit quod ex humili statu una cum divinitate exaltatur, et quemadmodum servilis formæ vilitas ad Deum cum servo commistum refertur, ita et oratio, quæ a cunctis creatis rebus Deo exhibetur, ad eum qui cum divinitate unicus est dirigitur, et hoc pacto in nomine Jesu Christi omne genu flectitur, cœlestium, terrestrium et infernorum, et omnis lingua confitebitur quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris⁶⁶. Amen.

XXII. Sed veluti de semetipso erubescens, et B præ suorum dictorum ineptiis pudore affectus Apollinaris, subvertere quodammodo, quæ variis argumentis astruxerat, neque in Filio aliam hominum similitudinem quam adventitiam admittenda velle videtur. Ait enim: *Ecce ejusdem Jesu Christi cum Patre æqualitas præexistens et cum hominibus similitudo superveniens*. Eorum quæ antea dixit pœnitere videtur, et utinam hoc fieret, modo absurdam opinionem ex animo dimitteret, et nos ab ejus confutatione desisteremus. Sed ex his quæ facit apparet per bonam quam in his præ se fert mentem sibi ad alteram absurditatem gradus moliri. Ita enim ad verbum ait, *Et quid his manifestius ad ostendendum, non alterum cum altero unitum esse, hoc est, perfectum Deum cum perfecto homine?* C Sane sermonem hunc nullam cum præcedentibus connexionem habere, clarum utique erit iis omnibus qui scriptorum mentem assequi sciunt. Quomodo enim præexistens æqualitas cum Patre, et similitudo cum hominibus superveniens, quemadmodum loqui amat, illum minime perfectum esse hominem ostendit, per quem perfectus Deus homo factus est? Perinde enim est ac si quis distare cœlum a terra dicens, deinde ex eo manifestum fieri asserat, gravius stanno in æquali mole plumbum esse, et gravitatem idem esse ac cœli a terra distantiam existimet: sic imperfectam esse humanitatem, per quam naturæ nostræ particeps efficitur Deus, nemo unquam dixerit ex eo demonstrari, quod Filii cum hominibus similitudinem de novo ei advenisse concedatur. Sed impietate atque stultitia hujusmodi opinionis demonstranda paulisper superse-
debo: nunc autem quæ deinceps ab eo scripta D sunt ad verbum persequens, ejus tractatum refutare conabor, ubi tamen in promptu est quod redar-

⁶⁶ Philipp. II, 10.

(51) Particula hæc cum sequenti additæ sunt a corr. et exstant in sacro textu.

(52) Secuti hic sumus corr. emendationem, quam veluti ex ejus ingenio profectam, in marg. adnotavit hoc pacto γρ. καὶ ἐπιγεννητικὴν; nam in operis contextu erat, καὶ δογματικὴν, nullo, ut patet, vel ad minus parum obvio sensu.

(53) Corr. κατασκευάσαι.

σημασίας, ἴν' ὡσπερ ἐν τῷ ταπεινῷ τὸ ὑψηλὸν γίνε-
ται, οὕτως ἀντιλάβη τὸ ταπεινὸν τὰ ὑψηλὰ ἰδιώματα.
Ὡς γὰρ διὰ τοῦ ἀνθρώπου ὀνομάζεται ἡ θεότης,
οὕτως ὑπὲρ ὄνομα γίνεται τὸ ἐκ τοῦ ταπεινοῦ συν-
επαρθὲν τῇ θεότητι· καὶ ὡσπερ ἡ ἀτιμία τῆς δουλι-
κῆς μορφῆς εἰς τὸν Θεὸν τὸν ἀνακραθέντα τῷ δούλῳ
τὴν ἀναφορὴν ἔχει, οὕτως καὶ ἡ προσκύνησις τῆς
θεότητος, ἡ παρὰ πάσης κτίσεως προσαγομένη, τῷ
ἐνωθέντι πρὸς τὴν θεότητα γίνεται, καὶ οὕτως ἐν τῷ
ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ πᾶν γόνυ κάμπτει ἐπουρα-
νίων καὶ (51) ἐπιγένηται, καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα
γλῶσσα ἐξομολογήσεται, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστός
εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρὸς. Ἀμήν.

'Ἄλλ' εἰκεν, οἷον ἐπερυσθῶν αὐτὸς ἑαυτῷ, καὶ τῇ
ἀτοπίᾳ τῶν εἰρημένων ἐπαισχυνόμενος, ἀνατίθεσθαι
τρόπον τινὰ τὰ κατεσκευασμένα, καὶ ἐπιγεννητικὴν (52)
τοῦ Υἱοῦ τὴν πρὸς τοὺς ἀνθρώπους ὁμοιότητα βού-
λεσθαι κατασκευάζειν (53). Φησὶ γὰρ, Ἰδοὺ τοῦ αὐ-
τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ πρὸς Πατέρα ἰσότης προ-
ϋπάρχουσα, ἡ πρὸς ἀνθρώπους ὁμοιότης ἐπιγίνο-
μένη (54). Μεταγίνωσκεις εἰκεν ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις,
καὶ ποιεῖτω γὰρ τοῦτο, μόνον ἀπὸ καρδίας τῆς ἀτόπου
δόξης μεταβαλλόμενος, καὶ ἡμεῖς τῶν ἐλέγχων παυ-
σόμεθα. Ἄλλὰ δοκεῖ δι' ὧν ποιεῖ, ἄλλης ἀτοπίας διὰ
τῆς ἐν τούτοις εὐγνωμοσύνης τὰς ἀφορμὰς καταβάλ-
λεσθαι. Φησὶ δὲ οὕτως κατὰ τὴν λέξιν, Καὶ εἰ τούτων
σαφέστερον, εἰς τὸ μὴ ἕτερον μὲθ' ἑτέρου εἶναι,
Θεὸν τέλειον μετὰ τελείου ἀνθρώπου; Ὅτι μὲν (55)
οὐδὲ μιαν κοινωνίαν ὁ λόγος οὗτος ἔχει πρὸς τὰ
προάγοντα, φανερὸν ἂν εἴη πᾶσι τοῖς ἐπισταμένοις
ἔπεσθαι λόγῳ. Πῶς γὰρ ἀποδείκνυσιν ἡ πρὸς Πατέρα
ἰσότης προϋπάρχουσα, καὶ ἡ πρὸς ἀνθρώπους ὁμοιό-
της ἐπιγινόμενη, καθὼς αὐτὸς φησὶ, τὸ μὴ εἶναι
ἀνθρωπον τέλειον, δι' οὗ ὁ τέλειος Θεὸς ἐνηθρώπη-
σεν; Ὅμοιον γὰρ ὡσπερ ἂν εἰ τις ἀφεστάναι τὸν οὐ-
ρανὸν τῆς γῆς λέγων, ἔπειτα διὰ τούτων εἴποι φανε-
ρὸν γίνεσθαι τὸ βαρύτερον εἶναι τοῦ κασιτέρου—ἐν
ἴσῳ σηκῷ (56) τὸν μολυβδον, καὶ βάρος νομίζει τὴν
οὐρανίαν ἀπόστασιν· οὕτως οὐδὲ τὸ ἐλλίπες τῆς ἀν-
θρωπότητος, δι' ἧς ἐν τῇ φύσει ἡμῶν ὁ Θεὸς γίνεται,
εἴποι τις ἂν ἀποδείκνυσθαι ἐκ τοῦ ἐπιγεννηματικῆν
ὁμολογεῖσθαι τὴν πρὸς ἀνθρώπους τοῦ Υἱοῦ ὁμοιότητα.
'Ἄλλὰ τὴν μὲν ἀσέθειάν τε καὶ τὴν ἀνοιαν τῆς τοιαύ-
της ὑπολήψεως ἐπιδείξει, μικρὸν ὑπερθήσομαι. Νυνὶ
δὲ καθεξῆς τοῖς γεγραμμένοις κατὰ λέξιν διευθύναι
τὸν λόγον πειράσομαι, ὡσπερ ἂν ὑπαίτια κατὰ τὸ
πρόχειρον ἦ. Φησὶ γὰρ μὴ εἶναι Θεὸν τέλειον μετὰ
ἀνθρώπου τελείου. Τέως ἐνταῦθα πότερον (57) ἀτελεῖ
τῶν εἰρημένων ὀνόμασεν, ἀφῆκεν ἀμφίβολον, καὶ τῷ

(54) In contextu scribitur, ἰσότης ὑπάρχουσα. ἡ πρὸς ἀνθρώπους ἐπιγινόμενη. Sed salius visum est corr. emendationem sequi, utpote quæ paulo post in ipso etiam contextu retineatur.

(55) Corr. addidit part. οὐν.

(56) Corr. εἴκῳ.

(57) Corr. ὀπότερον.

ἀδήλω τοῦ σημα.νομένου πρὸς ἑκάτερον ἐπίσης ἢ διὰ νομίζειν (58) τὸ ἀτελὲς διδασχθῆναι, περὶ τὸν Θεόν, ἢ τὸν ἄνθρωπον, ἢ καὶ περὶ ἀμφοτέρων τὸ ἴσον οἴεται. Αὐτὸν εἶναι φησὶ (59) Θεὸν μὲν πνεύματι, τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν ἔχοντα· ἄνθρωπον δὲ σώματι τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀδοξον φορέσαντα μορφήν. Εἶπε Θεὸν, εἶπε καὶ ἄνθρωπον· φανερόν δὲ πᾶσι, ὅτι (60) οὐ ταυτὸ τὸν ὀνομάτων τούτων τὸ σημαίνον· ἀλλ' ἴδιος μὲν ὁ τῆς θεότητος, ἕτερος δὲ ὁ τῆς ἀνθρωπότητος ἔρμηνευτικός ἐστὶ λόγος. Θεὸς μὲν γὰρ ἐστὶ τὸ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχον πάντων ἀγαθῶν αἰτιον, οὔτε ποτὲ (61) μὴ ὄν, οὔτε ποτὲ μὴ ἐσόμενον· ἄνθρωπος δὲ (62) τὰ μὲν ἄλλα συγγενῶς πρὸς τὴν τῶν ἀλόγων φύσιν δικάζεται, καὶ διὰ σαρκὸς καὶ αἰσθησεως παραπλησίως αὐτοῖς διοικούμενος· τῇ δὲ τοῦ νόου προσθήκῃ τῶν ἀλόγων κεχωρισμένος, ἐν τούτῳ τὸ ἰδιάζον ἔχει τῆς φύσεως. Οὐ γὰρ ἂν τις ἄνθρωπον ὀρίζόμενος, ἀπὸ σαρκῶν τε καὶ ὀστέων καὶ αἰσθητηρίων ὀρίσαιο· οὐδὲ τὴν βρωτικήν τε καὶ ἀλλοιωτικήν δύναμιν (63) εἰπὼν τις, τὸ ἴδιον τῆς ἀνθρωπίνης ἐνεδείξατο φύσεως· ἀλλὰ τὸ διανοητικὸν καὶ (64) λογικὸν, τὸν ἄνθρωπον ἔδειξεν. Ἰσον οὖν ἐστὶν ἢ διὰ τοῦ ὀνόματος ἔρμηνεῦσαι τὴν φύσιν, ἢ διὰ τοῦ ἰδίως παρεπομένου τῇ φύσει. Ὁ τε γὰρ ἄνθρωπον εἰπὼν, τὸ λογικὸν ἐνεδείξατο· ὃ τε λογικὸν ὀνομάσας, τὸν ἄνθρωπον διὰ τῆς φωνῆς ταύτης ἀπέδειξεν (65). Οὐκοῦν καὶ ὁ Ἀπολλινάριος Θεὸν καὶ ἄνθρωπον ὀνομάσας, εἶπερ (66) τὰς ἐμφαινομένας τῇ θεότητι σημασίας τῇ φωνῇ ταύτῃ συμπεριέλαβεν, οὐδ' ἂν τοῦ ἀνθρώπου τὸ σημαίνον διὰ τῆς ἔρμηνείας λωθήσαιο. Ἄλλ' εἶπερ ἄνθρωπος λέγεται, ἐστὶ πάντως ἢ κληθῆς ἀληθῆς, καὶ οὐ ψευδώνυμος· τὸ δὲ ἀληθὲς τοῦ ὀνόματος ἐν τῷ λογικῷ εἶναι ζῶον, τὸν οὕτω κατονομαζόμενον, ἐπιδείκνυται. Ὁ δὲ λόγος ἐκ διανοίας πάντως, ὥστε εἰ ἄνθρωπος, καὶ διανοητικὸς ἐξ ἀνάγκης· εἰ δὲ οὐ διανοητικὸς, οὐδὲ ἄνθρωπος.

ex eo demonstratur, quod rationale animal illud sit quod ita appellatur. Ratio autem ex mente prorsus oritur, ita ut si homo est, necessario mente præditus esse dicatur; si vero mente careat, neque homo esse potest.

Ἄλλ' ἄνθρωπος ἦν τῷ σώματι, φησὶ, τὴν τῶν (67) ἀνθρώπων ἀδοξον φορέσας μορφήν. Ταῦτα μὲν οἴκοθεν, καὶ οὐκ ἐκ τῆς γραφικῆς ἡμῖν διδασκαλίας προβάλλεται· πλὴν ὡς ἂν καὶ ἀπ' αὐτῶν, ὧν λέγει, πρὸς τούναντιον αὐτῷ περιτραπειῇ τὸ σπουδαζόμενον, οὕτως τὸν λόγον κατανοήσωμεν. Τὴν ἀδοξον, φησὶν, ἐφόρσε τῶν ἀνθρώπων μορφήν. Τίς δόξα ἀνθρώπου πρῶτον ἐπισημασμένα, καὶ οὕτως ἐκ τοῦ ἀκολουθοῦ τὴν ἀδοξίαν νοήσωμεν. Οὐκοῦν δόξα ἀνθρώπου ἢ γε ἀληθῆς δόξα, ἢ κατὰ ἀρετὴν ἐστὶ πάντως ζωή. Τὸ γὰρ εὐχολία τινι, ἢ ὤρα σαρκὸς, ἢ τὸ ἐμπαλιν ἀμορφία σώματος, τὴν δόξαν τῶν ἀνθρώπων ἢ τὴν ἀδοξίαν ὀρίζεσθαι, τῶν διατεθρυμμένων ἂν εἴη. Εἰ

(58) Lego νομίζει.

(59) Ita corr.; prius enim erat, φασί.

(60) Corr. add. particulam ὅτι.

(61) Adverbium, ποτὲ corr. add. utroque in loco.

(62) Ita corr.; prius erat, μὲν.

(63) Secuti sumus hic antiqui corr. lectionem; nam in Vat. cod. textu scribitur, οὐδὲ τὴν βρωτικήν

A quam: ait enim non esse Deum perfectum cum homine perfecto. Hactenus utrum ex duobus istis imperfectum vocaverit, incertum reliquit, et præ significati ambiguitate ad utrumque ex æquo mens respicit, nec ex his quæ audivimus discere licet utrum eorum imperfectum esse censeat, Deumne, an hominem, an vero de utroque pariter æqualiterque id dici opinetur. Ipsum esse ait spiritu quidem Deum, Dei gloriam possidentem; hominem vero corpore ignobilem, hominum formam gestantem. Dixit Deum, dixit hominem; omnibus autem notum est non eandem esse nominum istorum significationem, sed aliis verbis divinitatem, aliis vero humanitatem explicari. Deus etenim est bonorum omnium causa semper una et eadem, et sui similis, quæ nunquam non fuit, et nunquam non erit: at homo alia quidem cum animalibus ratione carentibus communia habet, et non secus ac illa carne sensibusque regitur, sola vero mentis accessione a brutis animantibus secretus, in hoc positam naturæ suæ proprietatem habet. Nemo enim hominem definiturus, carne, ossibus atque sensorii definit; nec aliquis comedendi, cibumque alterandi facultatem recensens, humanæ unquam naturæ proprietates designavit; sed cogitandi atque disserendi facultas hominem denotat. Idem itaque est alicujus naturam vel solo nomine, vel ex eo quod peculiariter illi naturæ convenit, explicare; nam qui hominem dicit, quod rationis capax est exprimit, et qui rationale vocat, hominem hac voce significat. Apollinarius itaque Deum et hominem nominans, si earum rerum significationes quæ in divinitate conspiciuntur hac voce complectitur, profecto nec id quod hominis vocabulo significatur suis interpretationibus adumere poterit. Sed si homo dicitur, vero prorsus et non ementito nomine sic appellatur; veram autem hujus nominis significationem esse

XXIII. Sed homo, inquit, erat corpore vilem hominum formam gestans. Hæc de suo non ex sacræ Scripturæ doctrina nobis obtrudit. Verum ut hæc quoque Apollinarius effata in contrarium atque ipse intendit convertamus, ita sermonem instituemus.

D Ignobilem, inquit, gessit hominum formam. Quænam hominum gloria sit primum videamus, eoque pacto quænam eorumdem ignobilitas sit consequenter intelligemus. Vera itaque hominis gloria, vita est ad virtutis normam instituta; effeminatorum enim erit ex quadam coloris venustate, vel carnis flore aut e converso ex corporis deformitate hominum gloriam vel ignobilitatem metiri. Si itaque gloriam

δύναμιν, nullo, ut mihi videtur, sensu, nam ex morte nulla oriri potest in homine δύναμις.

(64) Corr. διανοητικὸν τε καί.

(65) Corr. ἐπέδειξεν.

(66) Corr. εἶπερ πάτας τὰς.

(67) Corr. ὁ τῆν.

hominis fatemur osse virtutem, eorum ignobilitas prorsus erit vitium. Veruntamen Appollinaris ait ignobilem hominum formam Deum suscepisse. Si igitur in vitio ignobilitas, vitium autem eligentis voluntatis turpitude est, eligit autem cogitatio, eaque mentis quidam motus est; qui igitur humanam circa Deum ignobilitatem agnoscit, hominem, per quem in humana vita conversatus est, mente non spoliatur. Et hoc sane cum divinarum Scripturarum eloquiis convenit, ipsum nempe propter nos peccatum esse factum ⁶⁸, hoc est, peccatis obnoxiam hominis animam sibi ipsi copulasse. Dominum, inquit, in servili forma apparentem: servus iste, cuius formam Dominus induit, omnibus ne numeris absolutus erat, an depravatus? quod enim mancum est ac partibus ad animalis perfectionem necessariis orbatum, non immerito quis depravatum nuncupaverit. *Non homo, inquit, sed ut homo, quia consubstantialis non erat homini ea ex parte quæ potissima est in homine.* Si non consubstantialis, ergo diversæ omnino substantiæ; in quibus autem ratio est diversa substantiæ, his neque eadem natura, neque idem nomen. Alia est ignis, et alia aquæ substantia, et horum quoque diversa sunt nomina: Petrus autem et Paulus, quoniam unius ejusdemque naturæ sunt, ideo et commune eorumdem substantiæ nomen habent; uterque enim horum homo est. Si igitur aliud quid Christus substantia erat, non autem homo, et specie quidem tenuis hominem referebat, re autem vera secundum naturam differebat ab homine; dicat omnia, quæ de Christo narrantur, vanam quamdam speciem falsamque visionem esse; non verum juxta ejus sententiam cibum, nec verum somnum cepit, quotquot etiam in curandis morbis miracula perpetravit, inanes existere visiones, crucifixio nequaquam fuit, nec in monumento depositus est, nec resurrexit; sed ista omnia ita quidem esse videbantur, re autem vera, juxta scriptorem nostrum, eorum quæ conspiciantur nihil omnino erat. Si enim homo non erat, quomodo quæ de ipso narrantur existere? Qua ratione autem quis eum esse hominem dixerit qui ab humana substantia alienus est? Neque enim, inquit, consubstantialis est homini secundum potissimam ejus partem. Qui autem potissimam partem, hoc est, mentem aufert ab homine, is quod superest jumentum esse definit; jumentum autem non est homo. Deinde inquit: *Humiliatum in carne, superexaltatum vero a Deo divina sublimitate.* Hoc rursus, ultra impietatem, iis quæ antea protulit dementius est. Aliud dicit humiliatum fuisse, et aliud superexaltatum. Caro, inquit, hu-

⁶⁸ II Cor. v, 21.

(68) Corr. ὁμολόγηται.

(69) Corr. ἐστὶ τό.

(70) Corr. ἐστὶ τι κίνημα.

(71) Locum hunc et multa quæ sequuntur partim ad verbum, partim ad sententiam, sæpe laudato Panopliæ tit. 13 inseruit Euthymius, pag. 528, vers. *Dominum in servili forma, cum sequenti*

ὄν ἡ ἀρετὴ τὸ ἐνδοξον ἐπ' ἀνθρώπων ὁμολογεῖται (68), ἢ κακία πάντως τὸ ἄδοξον (69). Ἄλλὰ μὴν φησὶ τὸν Θεὸν ὁ Ἀπολιναρίου τὴν ἄδοξον τῶν ἀνθρώπων ὑπεληλυθέναι μορφῆν. Εἰ οὖν ἐν κακίᾳ τὸ ἄδοξον, κακία δὲ προαιρέσεως αἰσχος ἐστὶ· προαιρεῖται δὲ ἡ διάνοια, διάνοια δὲ νοῦ τι κίνημα (70)· ἄρα τὴν ἀνθρωπίνην ἄδοξιν περὶ τὸν Θεὸν βλέπων οὐκ ἀποσχίζει τῆς διανοίας τὸν ἀνθρώπον, δι' οὗ ὁ Θεὸς τῇ ἀνθρωπίνῃ ζωῇ καθωμίλησε. Καὶ συμβαίνει γε τοῦτο ταῖς θείαις Γραφαῖς, τὸ δι' ἡμᾶς αὐτὸν ἁμαρτίαν γενέσθαι, τουτέστι τὴν ἁμαρτικὴν τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴν πρὸς ἑαυτὸν ἐνώσαι. Κύριον, φησὶν, ἐν δουλικῷ φανέντα σχήματι· ἄρα (71) ὁ δούλος οὗτος, οὗ τὸ σχῆμα ὑπέδου ὁ Κύριος, ἄριστος ἦν, ἢ λελώθητο; Τὸ γὰρ ἐλλειπές τε καὶ ἡκρωτηριασμένον κατὰ τὴν τοῦ ζώου συμπλήρωσιν, λώθην ἂν τις εἰκότως προσαγορεύσειεν. *Οὐκ ἄνθρωπος, φησὶν, ἀλλ' ὡς ἄνθρωπος, διότι οὐκ ὁμοούσιος τῷ ἀνθρώπῳ κατὰ τὸ (72) κυριώτατον.* Εἰ μὴ ὁμοούσιος, ἑτεροούσιος πάντως· ὦν δὲ ὁ λόγος τῆς οὐσίας ἑτερος, τοῦτοις οὔτε ἡ φύσις κοινὴ, οὔτε ἡ κλήσις. Ἄλλη πρὸς οὐσία, καὶ ὕδατος ἄλλη, καὶ αἱ προσηγορίαι τῶν δύο διάφοροι· Πέτρος δὲ καὶ Παῦλος, ἐπειδὴ φύσις μία, καὶ τὸ ὄνομα τῆς οὐσίας κοινόν· ἄνθρωπος γὰρ τούτων ἐκάτερος. Εἰ οὖν ἄλλο τι κατὰ τὴν οὐσίαν ἦν, καὶ οὐκ ἄνθρωπος, ἀλλὰ μέχρι (73) τοῦ φαινομένου κατὰ ἄνθρωπον ἐσχηματίζετο, τῇ δὲ ἀληθείᾳ κατὰ τὴν φύσιν παρήλλακτο· λεγέτω πάντα δόκησιν εἶναι τινα, καὶ ἀπατηλὴν φαντασίαν, ψευδὴς κατ' αὐτὸν ἡ βρωσις, ψευδὴς ὁ ὕπνος, ἀνύπαρκτα πάντα τὰ κατὰ τὰς ἰάσεις θαύματα, οὐ γέγονεν ὁ σταυρὸς, οὐκ ἡ ἐν μνημεῖῳ θέσις, οὐκ ἡ ἐκ τοῦ πάθους ἀνάστασις· ἀλλὰ δοκῆσει μὲν τὰ πάντα ἐφαίνετο, ἦν δὲ κατὰ τὸν τοῦ λογογράφου λόγον τῶν φαινομένων οὐδέν. Εἰ γὰρ ἄνθρωπος οὐκ ἦν, πῶς τὰ περὶ αὐτὸν ἱστορούμενα ἦν; Πῶς δ' ἂν εἴποι τις εἶναι ἄνθρωπον, τὸν τῆς ἀνθρωπίνης οὐσίας ἀλλότριον; Οὐ γὰρ ἦν, φησὶν (74), ὁμοούσιος τῷ ἀνθρώπῳ κατὰ τὸ κυριώτατον· ὁ δὲ τὸ κυριώτατον ἀφαιρῶν τοῦ ἀνθρώπου, τοῦτο δὲ ἐστὶν ὁ νοῦς, κτήνος ἀπέδειξε τὸ λειπόμενον· τὸ δὲ κτήνος, οὐκ ἄνθρωπος. Εἰτά φησὶ, *Ταπεινώσαντα σαρκί (75) ὑπερυψώθητα δὲ ὑπὸ Θεοῦ τὴν θείαν ὑψώσιν.* Τοῦτ' ἄλλο τῶν προλαβόντων μετὰ ἀσθελας ἀνοητότερον. Ἄλλον φησὶ τεταπεινώσθαι, καὶ ἕτερον ὑπερυψώσθαι. Ἡ σὰρξ, φησὶ, τεταπεινῶται, καίτοι οὐδὲν τοῦ ταπεινωθῆναι προσδοκώμενη, ἢ τὸ ταπεινὸν ἐκ φύσεως ἔχουσα· τὴν δὲ θεότητα ὑπερυψώσθαι λέγει, καὶ μὴ τὸ ὑψίστον ἀνεπιδέξαι τῆς ὑψώσεως. Ποῦ τοίνυν ὑπερυψώθη ἡ θεότης, ἢ τοῦ παντὸς ὑπερκειμένη, καὶ ὑπερανεστῶσα πάσης ὑψώσεως; Ἄλλὰ τὸ τῇ φύσει ταπεινὸν ὑψοῦται, κἂν ὁ λογογράφος μὴ βούληται, καθὼς μικρῶν πρόσθεν ὁ περὶ τούτων λόγος διήρηται.

cujus initium: *Qui quod maxime.*

(72) Corr. διὰ τό.

(73) Ita corr.; prius erat μὲν χρή, vel χρι τοῦ φαινομένου. Forte legendum, ἀλλὰ μὲν μέχρι τοῦ φαινομένου.

(74) Ita corr.; antea ἂν φησὶν.

(75) Corr. ἑαυτὸν σαρκί.

miliata fuit, cum tamen quæ suapte natura humilis est humiliari opus non habeat; divinitatem vero superexaltari dicit, quamvis quod altissimum est exaltatione non egeat. Ubinam igitur superexaltata est divinitas, quæ omnia supereminet, omnemque sublimitatem excedit? sed quod sui natura humile est exaltatur, velit nolit scriptor noster, ut in paulo ante habito hisce de rebus sermone disserui.

Πάλιν κατά τοὺς ἐν ὑπὸν παραφθεγγομένους, ἀφείλξαι Α τῆς κατασκευῆς τὸ ἀκόλουθον, τοῖς ἡμετέροις λόγοις συγχέχρηται, καὶ ἄπερ ἂν τις εἴποι τῶν ὑγιῶς φρονούντων περὶ τοῦ δόγματος, ταῦτα καὶ αὐτὸς τοῖς ἰδίοις καταμίγνυσι λόγοις. Διακρίνει γὰρ τὸ δοξαζόμενον, καὶ τὸν τὴν δόξαν ἔχοντα. Δοξάζεται γὰρ, φησὶν, ὡς ἄνθρωπος ὁ δόξαν δὲ ἔχει πρὸ τοῦ κόσμου, ὡς Θεὸς προϋπάρχων τῶν αἰώνων. Μέχρι τούτων εὐγνωμονῶν (76) ἄλλ' εἰ μὲν τούτοις τὰ λεγόμενα παρ' αὐτοῦ περιώριστο, ἴσως ἂν τις αὐτὸν ἐκ μεταμελείας ψήθη πρὸς τὰς εὐσεβεστέρους ἔλθειν τῶν ὑπολήψεων. Νυνὶ δὲ καθάπερ καμπτὴν τινα τὴν ὑγίη ταύτην διάνοιαν τῷ λόγῳ περιουδύσας, πάλιν ἐπὶ τὸ τῆς πλάνης ἐπανατρέχει στάδιον, καὶ πολλαῖς καθ' ἡμῶν λουδοραῖαις χρησάμενος, καὶ Ἰουδαίοις, καὶ Ἕλλησι τὸ καθ' ἡμᾶς παρισώσας, αὐδὶς ἐπαναλαμβάνει τῷ λόγῳ τὸν ἔμετον, ὃν ἐν τοῖς προλαθοῦσι φθάσας ἐξήμεσε, τῆς προαιώνιον σάρκα (77) διὰ τῆς μεταίτητος τῶν λόγων τῷ Χριστῷ περιπλάσσω, καὶ λέγων, νοῦν (78) ἔνσαρκον ὄντα τὸν Υἱὸν ἐκ γυναικὸς τεχθῆναι ὅτι ἐν τῇ Παρθένῳ σάρκα γενόμενον, ἀλλὰ παροδικῶς δι' αὐτῆς διεξελθόντα, οἷος πρὸ τῶν αἰώνων ἦν, τότε φανερωθῆναι αὐτὸ τὸ φαινόμενον, σάρκινον ὄντα Θεὸν, ἢ καθὼς αὐτὸς ὀνομάζει, ἔνσαρκον νοῦν. Διὲ φησὶν αὐτὸν Κύριον δόξης τὸν ἐσταυρωμένον κατονομάζεσθαι, καὶ Κύριον δυνάμεων παρὰ τῆς προφητείας λέγεσθαι, καὶ τὰς αὐθεντικὰς ἐκεῖνας καὶ δεσποτικὰς ποιῆσθαι φωνὰς, τό· Ἐγὼ λέγωσιν· καὶ, Ἐγὼ ἐπιτίσω σοι· καὶ, Ἐργάζομαι ἐγὼ, καὶ ὅσα ἄλλα τῆς ὑψηλοτέρας ἐμφάσεως ἔχεται. Τί οὖν ὁ γεννάδας; Ποῦ θῆσει τὴν θηλὴν, τὰ σπάργανα, τὴν ἐπὶ ῥύτον ζῶν καὶ ἀπό ῥύτον, τὴν κατ' ὀλίγον τοῦ σώματος αὐξήσιν, τὸν ὕπνον, τὸν κόπον, τὴν τῶν γονέων ἐπιταγήν, τὴν ἀδημονίαν, τὴν λύπην, τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ Πάσχα, τὴν τοῦ ὕδατος αἰτησίαν, τὴν μετουσίαν τῆς βρώσεως, τὰ δεσμά, τὰ ραπίσματα, τὰς ἐκ μαστίγων πληγὰς, τὴν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἀκανθοφορίαν, τὴν τοῦ κοκκίνου περιβολήν, τὴν διὰ τοῦ καλῆμου ὕβριν, τὴν λόγχην (79), τὸ ὄξος, τοὺς ἤλους, τὴν χολήν, τὴν σινδόνα, τὸν ἐνταφιασμόν, τὸ μνημεῖον, τὸν λίθον; Πῶς ταῦτα συναρτήσῃ τῷ Θεῷ; Εἰ γὰρ ὁ ἔνσαρκος αὐτοῦ Θεὸς, ὅπερ διὰ τῆς Μαρίας ὤφθη, τοῦτο πάντοτε ἦν, καὶ τὸ φαινόμενον θεότης ἦν, πάντα ταῦτα ἡ θεότης πάσχει, σπαραγνοῦται, τρέφεται, κοποῦται, αὐξεται, πληροῦται, κεννοῦται, ὑπνοῖ, λυπεῖται, ἀδημονεῖ, στενάζει, δίσψης

⁷⁶ Luc. vii, 14. ⁷⁷ Marc. ix, 24. ⁷⁸ Joan. v, 17.

(76) Corr. emendasse videtur, εὐγνωμων; ejus enim emendatio, obscuris quibusdam linearum ductibus exprimitur, nec potest clare legi in cod. Vat.

(77) Corr. τὴν προαιώνιον ἐκεῖνην σάρκα.

(78) Exstat apud Euthymium Zigabenum in parte II *Panoplicæ dogmaticæ*, tit. 13, inter alia excerpta ex hoc Nysseni opere, locus quidam, pag. 527. vers. Nunc ait, cujus nonnulla tantum verba hic

XXIV. Sed rursus illorum instar qui in somniis perverse loquuntur, eo prætermissa quod consequens erat ut probaret, verba nostra usurpat, et quæ recte de fide sentientium aliquis diceret, hæc et ipse propriis immiscet sermonibus. Id enim quod glorificatur ab eo qui gloriam possidet discernit. *Glorificatur enim, ait, ut homo; gloriam vero habet antequam mundus conderetur, utpote Deus ante sæcula existens.* Hactenus quidem recte sentiens; atqui si intra hosce tantum terminos scriptoris dicta consisterent, fortasse aliquis ipsum penitentia ductum ad rectæ fidei magis conformes accessisse sententias censuerit; nunc vero illorum instar qui per flexuosas et in se redeuntias vias incedunt, sanam hanc rectamque sententiam verborum conversione complectens, mox in idem erroris stadium recurrit, multisque adversus nos convitiis usus, et cum Judæorum, tum ethnicorum erroribus fidem nostram æquiparans, sordes quas in antecedentibus evomuerat sequenti sermone resorbet, dum carnem sæculis antiquiorem suorum vanitate verborum Christo affingit, dicens, *Filium, qui carne prædita mens erat, ex muliere genitum fuisse; non quod in Virgine caro factus fuerit, sed quod per ipsam, quasi per canalem transiens, talis tunc exterius apparuerit, qualis ante sæcula erat, carnalis videlicet Deus, et, ut ipse loquitur, mens carne prædita: quamobrem subdit ipsum cruci suffluxim Dominum gloriæ nuncupari, et a propheta Dominum potestatum dici; indeque fieri ut voces illas imperii et potestatis indices proferat, nempe, Ego dico tibi ⁷⁶, et Ego præcipio tibi ⁷⁷, et Ego operor ⁷⁸, et quotquot alia sublimiorem speciem præ se fuerit. Quid igitur eximius iste vir dicet? Ubinam ponet materni lactis haustum, pannos quibus involutus fuit, crescentem atque decrescentem vitam, corporis incrementum paulatim factum, somnum, laborem, parentibus obtemperacionem, mœrorem, tristitiam, Paschalis comedendi desiderium, aquæ postulationem, cibi sumptionem, vinacula, alapas, plagas flagellis inflictas, spinas capite gestatas, coccineum iudicium, contumeliam arundine illatam, lanceam, acetum, clavos, fel, sindonem, sepulturam, monumentum, lapidem eidem superimpositum? Quomodo hæc Deo aptabit? Si enim carneus ejus Deus id semper erat,*

reperiuntur, cætera vero nec hic nec in reliquo opere apparent: at nihilominus censendum est multa ibi de suo Euthymium addidisse, cum suspicari nemo possit, mutilum aut mancum esse exemplar illud, ex quo egregium hoc Nysseni opus primi in lucem edimus.

(79) Corr. primo loco ponit χολήν, secundo loco λόγχην.

quod ex Maria apparuit, et quod apparuit divinitas erat; hæc omnia divinitas patitur, lac sugit, pannis involvitur, nutritur, laborat, crescit, impletur, excrementa egerit, dormit, tristitia atque mœrore afficitur, suspirat, famem sitimque sentit, ad ficum currit, arboris illius fructus, eorumque tempus ignorat, diem atque horam nescit, verberatur, vinculis constringitur, alapis cœditur, clavis configitur, sanguinem fundit, moritur, sepelitur, in novo monumento collocatur. Nunquid hæc omnia divinitati ante sæcula existenti propria et conaturalia esse concedit, eamque corporis incrementum recepturam non fuisse fatetur, nisi lactasset, nec prorsus vivere potuisse, ni vires collapsas cibi sumptione reparasset? Quomodo etiam carneus ejus Deus diem horamque illam ignorat? Quomodo nescit florum tempus, et quod imminente Paschate fructus ad vescendum aptus illa in arbore non inveniretur? Dicat, quisnam est ille qui ignorat? Quisnam tristitia afficitur? Quisnam consilii inopia in angustias adducitur? Quisnam se a Deo derelictum fuisse clamat? Si enim est Patris Filiique divinitas, a quoniam derelinquitur, quemadmodum in cruce clamavit? Si una patiebatur divinitas; unam autem esse Patris et Filii divinitatem rectæ fidei cultores constituentur; et qui patiebatur ait: *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me*? quomodo una divinitatis substantia in passione dividitur, et alia quidem derelinquit, alia vero derelinquitur; alia quidem moritur, alia in vita permanet; alia quidem necatur, alia vero quod obiit a mortuis excitat? Vel enim unam non esse fatebitur Patris et Filii divinitatem, et per hæc Ario adstipulari deprehendetur; vel si Arium oppugnans unam eandemque divinitatem utriusque esse dicat, a se ipso prorsus dissentiet, cum nullo pacto possit efficere ut ne fabula a se conficta undique nutet. Sed humiliores hasce et ad concitationem motumque animi pertinentes tum voces tum affectiones humanitati adscribet; divinam vero naturam in ipsa humanarum affectionum communione omnis perturbationis affectusque immunem nullique mutationi obnoxiam perstitisse consentiet. Hujus autem rei testis est vel ipse Apollinarius qui de Filio loquens ait: *Glorificatur quidem ut homo, ex ignobilitate sursum evoctus; gloriam vero possidet ante mundi opificium, ut Deus ante omnia existens*. Nam ignobilitas prorsus est patibilis natura carnis; æterna itaque gloria erit impatibilis

XXV. Verum ne quis nos in his quæ diximus calumniari existimet, ipsiusmet Apollinarius verba referam in quorum sensum modo inquisivimus. *Ethnici enim, inquit, et Judæi manifeste infideles sunt, utpote qui Deum ex muliere genitum vel fando audire renuunt*. Cur nunc de partu loquens, carnem silentio præterit, quamvis quod natum est ex carne

“ Marc. xi, 13. “ Matth. xxvii, 46.

(80) Corr. *έρχεται*.

(81) Corr. *δεσμεύεται*.

(82) Corr. τὸ διαπνευσθῆναι, et μοχ παραμυθούμενον. Sed potius legendum videtur εἰ μὴ τὸ διαπνευσθῆναι, etc.

καὶ πείνης αἰσθάνεται, πρὸς τὴν συκὴν τρέχει (80) ἀγνοεῖ τοῦ δένδρου καὶ τῆς ὥρας τὴν καρποφορίαν, τὴν ἡμέραν, καὶ τὴν ὥραν οὐκ οἶδε, τύπτεται, δεσμεύεται (81), ραπίζεται, ἤλους δι' ἐρυτῆς δέχεται, αἰμάσσεται, νεκρὰ γίνεται, ἐνταφιάζεται, μνήματι καινῷ ἐναποτίθεται. Ἄρα συντίθεται οἰκεία καὶ κατὰ φύσιν εἶναι τῇ προαιωνία θεότητι ταῦτα, καὶ μὴ ἀνατραφῆναι, εἰ μὴ ἐθήλασε, μηδ' ἂν ὄλωσ ἐν τῷ ζῆν εἶναι, μὴ τῷ διαπνευσθῆναι (82) τῆς δυνάμεως, τῆς τροφῆς μετουσίᾳ παρεμυθήσατο; Πῶς δὲ καὶ ἀγνοεῖ ὁ ἐνσαρκὸς αὐτοῦ Θεὸς τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ὥραν ἐκείνην; Πῶς δὲ οὐκ ἐπίσταται τὸν τῶν συκῶν καιρὸν, ὅτι κατὰ τὸ Πάσχα οὐκ ἂν ἐφευρεθεῖη (83) τῷ δένδρῳ καρπὸς εἰς ἐδωδὴν ἐπιτήδειος; Τίς ὁ ἀγνοῶν, εἰπάτω; Τίς ὁ λυπούμενος; Τίς ὁ ἐν ἀμηχανίᾳ στενοχωρούμενος; Τίς ὁ ἐγκαταλείψεται παρὰ τοῦ Θεοῦ βοηθίας; Εἰ μία θεότης Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, καὶ παρὰ τίνος ἡ ἐγκατάλειψις γίνεται, ἣν ἐπὶ τῷ σταυρῷ ἐφεφώνησεν; Εἰ γὰρ τὸ πάσχον ἡ θεότης, μᾶς δὲ εἶναι θεότητος τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν οἱ εὐσεβοῦντες συντίθενται· φησὶ δὲ ὁ πάσχων, ὅτι *Θεὸς μου, Θεὸς μου, ἴνα τί με ἐγκατέλιπες*; Πῶς μία οὐσία (84) ἡ θεότης ἐν τῷ πάθει μερίζεται, καὶ ἡ μὲν καταλείπει, ἡ δὲ καταλείπεται· ἡ μὲν ἐν θανάτῳ γίνεται, ἡ δὲ ἐν ζωῇ (85) διαμένει· ἡ μὲν νεκροῦται, ἡ δὲ τὸ νεκρωθῆναι διανίστησιν; Ἡ γὰρ οὐχ ὁμολογήσει μίαν ἐπὶ Πατρὸς τε καὶ Υἱοῦ τὴν θεότητα, καὶ συνήγορος Ἀρείου διὰ τοῦτο ἀναφανήσεται; Ἡ, εἰπερ Ἀρεῖν μαχόμενος, μίαν λέγει, οὐδὲ ἑαυτῷ πάντως συνθήσεται, στήσαι τὸν ἀναπλασθέντα μῦθον ἐν ἑαυτῷ μὴ δυνάμενος. Ἄλλὰ κατ' ἀνάγκην τὰς ἐμπαθεῖς ταύτας καὶ ταπεινοτέρας φωνάς τε καὶ διαθέσεις τῷ ἀνθρωπίνῳ προσμαρτυρήσει, ἀτρεπτὸν τε καὶ ἀπαθὲ τοῦ Θεοῦ τὴν φύσιν, καὶ ἐν τῇ κοινωνίᾳ τῶν ἀνθρωπίνων παθημάτων διαμεμνησκέναι συνθήσεται. Καὶ τοῦτων μάρτυς αὐτὸς ὁ εἰπὼν περὶ αὐτοῦ, ὅτι *δοξάζεται μὲν ὡς ἄνθρωπος ἐξ ἀδοξίας ἀναβαίνων, ἔχει δὲ τὴν δόξαν πρὸ τοῦ κόσμου ὡς Θεὸς προὑπάρχων*. Ἡ γὰρ ἀδοξία πάντως, ἡ παθητὴ τῆς σαρκὸς φύσις ἐστὶ· δόξα δὲ ἄρα αἰώνιος, ἡ ἀπαθὴς τε καὶ ἀκράτος δύναμις.

potentia, atque immortalis.

D “Ὡς δ' ἂν μὴ συκοφαντεῖν ἐν τοῖς εἰρημένους δοκοῦμεν, αὐτῶν τῶν κατὰ νόον (86) ἡμῶν προεξεσθέντων καὶ τὴν λέξιν ἐκθήσομαι. Ἑλληνας γὰρ (87), φησὶ, καὶ Ἰουδαίους προφανῶς ἀπιστοῦσι, μὴ καταδεχόμενοι Θεὸν ἀκούειν τὸν ἐκ γυναικὸς τεχθέντα. Διὰ τί νῦν ἐν τῷ τόκῳ τὴν σάρκα παρεσιώπησε, καίτοι τὸ γεγεννημένον ἐκ τῆς σαρκὸς σὰρξ ἦν πάντως,

(85) Ita corr. antea, οὐχ εὐρεθείη.

(84) Corr. μία οὐσία.

(85) Corr. ἐν τῇ ζωῇ.

(86) Corr. κατὰ τὸν νόον.

(87) Corr. μὲν γάρ.

καθώς φησί που ὁ Κύριος; Ἄλλ' ἐπειδὴ βούλεται αὐ-
 τὴν τὴν τεχθεῖσαν σάρκα θεότρετα εἶναι, καὶ κατα-
 σκευάσαι οὐκ ἐν σαρκὶ πεφηνέναι τὸν Θεόν, λέγει·
 Ἄλλὰ Θεὸν ἑνσαρκον πρὸ αἰώνων ὄντα, μετὰ ταῦτα
 διὰ γυναικὸς τετέχθαι, καὶ πρὸς τὴν τῶν παθημάτων
 πείραν, καὶ πρὸς τὴν τῆς (88) φύσεως ἀνάγκην ἐλ-
 θεῖν. Καὶ ταῦτα λέγων, οὐ δίδωσιν αὐτῷ οὐδὲ τὸ ἀν-
 θρωπον εἶναι· ἀλλὰ τοῖς μὲν πάθεισιν ὑπάγει ὡς ἀν-
 θρωπον, τῆς δὲ ἀνθρωπίνης οὐ μεταδίδωσι φύσεως.
 Πῶς γὰρ ἀνθρωπος τὸ μὴ ἐκ γῆς εἶναι λεγόμενος;
 Ἐκ γὰρ τοῦ Ἀδάμ λέγει ἡ Γραφή τὸ ἀνθρώπινον
 γενέσθαι, καὶ πρῶτον ἐκείνον διὰ τῆς θείας δυνάμεως
 ἐκ γῆς φῦναι. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Λουκᾶς τὸν νομιζόμενον
 τοῦ Ἰωσήφ υἱὸν γενεαλογῶν, φησί, *Τοῦ Ἀδάμ, ἐξ-
 ἄπτων καθ' ἕκαστον τῶν πατέρων τὴν ἀρχὴν τῆς γε-
 νέσεως.* Ὁ τοίνυν μὴ ἐκ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων
 γενόμενος ἄλλο τι πάντως ἐστὶ, καὶ οὐκ ἀνθρωπος.
 Ὁ οὖν μήτε ἀνθρωπος, τῷ μὴδὲν ἔχειν τοῦ ἀνθρω-
 πίνου γένους, μήτε Θεός, τῷ μὴ εἶναι ἀσώματος,
 ἐκείνος ὁ ἑνσαρκος τοῦ λογογράφου Θεὸς τί ἂν εἴη,
 λεγέτωσαν οἱ τῆς ἀπάτης αὐτοῦ μαθηταὶ καὶ συν-
 ἡγροὶ· Ἀ.1.1' *ἔδέξαντο ἀν. φησίν, Ἑλληγες, καὶ
 Ἰουδαῖοι, εἰπερ ἀνθρωπον ἑνθεον εἶναι τὸν τε-
 χθέντα ἐλέγμεν, ὡσπερ Ἑλλαν.* Καί τις τῶν Ἑλ-
 λήνων τὰ κατὰ τὸν Ἑλλαν θαύματα ὡς ἀληθῆ παρ-
 εδέξατο; ὅτι πῦρ διχῆ τῷ σχήματι τυπωθὲν, τὸ μὲν
 εἰς ἄρματος εἶδος, τὸ δὲ εἰς ἵππων μορφήν, τὴν ἐναν-
 τίαν τῆ οἰκείᾳ φύσει κινεῖται φορὰν, ἄνωθεν ἐπὶ τὸ
 κάτω φερόμενον, καὶ ὅτι μετάρσιος ἐπὶ τοῦ φλογίνου
 ἄρματος ἡνιοχῶν τὸ πῦρ ὁ Ἑλλας, ἀπαθὴς ἐν τῇ
 φλογὶ διασώζεται, τοῦ πυρὸς τὸ πῦρ ἔλκοντος, τοῦ ἐν
 τοῖς ἵπποις τὸ ἐν τῷ ἄρματι; Εἰ γὰρ ταῦτά τις δέ-
 ξαιτο καθ' ὃν δεῖ τρόπον, δι' αὐτῶν δὴ τούτων τὸν
 λόγον (89) πρὸς τὴν τοῦ μυστηρίου παραδοχὴν ἀνα-
 δειχθήσεται; (90), τυπικὴν τινα προφητείαν περὶ τῆς
 τοῦ Κυρίου ἐνανθρωπήσεως ἐν τῷ διηγήματι βλέπων,
 διὰ τῶν γεγονότων προτυπομένην. Ὡς γὰρ ἀνωφερὲς
 ὦν τῆ φύσει τὸ πῦρ, θεία δυνάμει πρὸς γένον γίνεται,
 ὁ δὲ Ἑλλας περισχεθεὶς τῷ οὐρανίῳ πυρὶ, πάλιν πρὸς
 τὴν κατὰ φύσιν ἐπανατρέχοντι κίνησιν, καὶ αὐτὸς
 συνειπύρεται· οὕτως ἄλλός τις οὐσία (91) καὶ ἀειδής,
 ἡ τοῦ Ὑψίστου δύναμις, τὴν δουλικὴν μορφήν τὴν διὰ
 τῆς Παρθένου ὑπόστασιν διαλαβοῦσα, πρὸς τὸ ἴδιον
 ὕψος ἀνήγαγεν, εἰς τὴν θείαν τε καὶ ἀκήρατον μετα-
 στοιχειώσασα φύσιν· ὥστε ἔ πρὸς τοῦτο δυσπειθῶς
 ἔχων, οὐδ' ἂν τῆ κατὰ τὸν Ἑλλαν θαυμαστοποιεῖα προσ-
 θεοῖτο· ὁ δὲ ἐν ἐκείνῃ προκαταμαθῶν σκιαγραφηθεῖ-
 σαν τὴν ἀλήθειαν, οὐδ' ἂν πρὸς αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν
 ἀντιτύπως ἔχοι.

A caro omnino sit, ut alicubi Dominus ait? Sed
 quoniam ipsam carnem, quæ ex muliere nata est,
 divinitatem esse vult; ac insuper adstruere intendit
 Deum in carne manifestatum non fuisse, idcirco
 dicit: Sed Deum carne ante sæcula prælitum,
 postea ex muliere genitum fuisse, et ad passionum
 experimenta, cæterasque humanæ naturæ necessi-
 tates subeundas in mundum venisse. Hæc autem
 asserens nec ipsi hominem esse largitur, sed pas-
 sionibus quidem subdit, ut hominemi, humanam
 vero naturam eidem non impertitur. Quonam enim
 pacto homo esse poterit, quod e terra non esse
 dicitur? Ex Adam enim ait Scriptura humanum
 genus ortum habuisse, eumque primum e terra
 creatum divina virtute fuisse. Quapropter et Lucas,
 Christi qui putabatur Josephi filius esse, genealo-
 giam texens, ait, *Qui fuit Adam* 69, per singulos pa-
 tres ordinata serie generationis ejus initium repe-
 tens. Porro qui ex hominum genere non oritur, non
 homo, sed aliud quid omnino est. Cum itaque car-
 neus ille nostri scriptoris Deus neque homo sit,
 utpote qui nihil humani generis habeat; neque
 Deus, cum incorporeus non sit; quidnam revera sit
 dicant ejus erroris discipuli atque defensores. *Sed
 nobis assentirentur*, inquit, *Ethnici atque Judæi, si
 eum, qui natus est, divinum hominem esse diceremus,*
quemadmodum Eliam. Sed quis ethnicorum quæ de
 Elia narrantur miracula 70 pro veris habuit, ignem
 nempe duplici forma indutum, alium quidem cur-
 rus, alium vero equorum specie, e cælo deorsum
 versus delatum, alieno ab ejus natura impetu mo-
 veri; et Eliam, ignem aurigæ instar moderantem,
 flammeo in curru sursum evectum, illæsum in igne
 servari, igne ignem trahente, eo scilicet qui equos
 exprimebat, illum qui currus speciem representa-
 bat? Si quis enim hæc eo quo decet pacio acci-
 piam, ex hac utique Eliæ historia accommodatam
 ad suscipiendum incarnationis mysterium rationem
 eliceret, quamdam de Christi incarnatione prophe-
 tiam in eadem narratione, per ea quæ Eliæ conti-
 gerunt, præfiguratam agnoscens. Nam quemadmo-
 dum ignis, cum suapte natura sursum tendit, divi-
 na potestate contrario motu terram versus defertur,
 et ipse Elias cælesti igne, naturalem motum sur-
 sum recipiente, circumfusum, cum illo in altum
 tollitur: ita materiæ et cujusvis formæ expers es-
 sentia, Altissimi videlicet virtus, servilem formam,
 eam nempe quam ex Virgine habuit substantiam
 accipiens, illam ad propria sibi sublimitatem eve-
 xit, in divinam atque immortalem naturam transmutans, ita ut qui hæc non credit, neque etiam
 Eliæ miraculis fidem habiturus sit, qui vero in eodem Elia adumbratam fuisse veritatem antea di-
 dicerit, ipsimet veritati non admodum sit repugnaturus.

Εἶτα ἐφ' ἡμᾶς στρέφει τὴν λοιδορίαν, τοὺς μὴ
 παραδεχομένους αὐτοῦ τὸν ἀναπλασθέντα μῦθον, καὶ

XXVI. Deinde adversus nos, qui fabulam ab ipso
 conflictam explodimus, sua convicia convertit his

69 Joan. iii, 6. 70 Luc. iii, 38. 71 IV Reg. ii, 9 sqq.

(88) Corr. κατὰ τὴν τῆς.
 (89) Corr. τῶν λόγων.

(90) Corr. ἐνδειχθήσεται.
 (91) Corr. οὐσα.

verbis : *Qui autem fidei specie infideles sunt, Deum ex muliere genitum, et a Judæis crucifixum, similiter atque ethnici erubescunt ; quare et ipse eos erubescet.* Atqui maledictis contra adversarios uti quis ignorat eorum esse qui quod sibi proposuerunt perficere non possunt? Nos vero tantum dicimus, duobus propositis errorum barathris, ex una quidem parte Apollinaris, ex altera vero Arii, æque illos lædi, qui in alterutrum cadunt ; nisi quod in malorum delectu, minus lædi videantur, qui in Arianum errorem dilabuntur. Uterque enim immortalem Unigeniti naturam ad id quod humiliter esse deprimit : sed Arius quidem incorporeæ angelorum naturæ Dominum angelorum æquiparat, et tam hunc quam illos per creationem existisse, et increata natura ex æquo minores esse pronuntiat. Hic autem eo usque insaniam promovet, ut Christum non amplioris quam hominem, qui angelis inferior est, dignitatis esse judicet, ejusque naturam carneam esse definiat. Quanto autem præstantior est corporibus incorporea natura, tanto minus absurda Apollinaris errore est Arii impietas. Quisnam igitur est, qui dum Incarnationis ex Virgine mysterium exponit, fidei specie infidelis apparet? Omnium autem oculis nostram fidem, ab Apollinare derisam, ejusque opinamenta subjiciam. Nos enim dicimus Deum cum sua substantia materiæ expers, invisibilis, et incorporeus existat, benigna quadam erga homines dispensatione, vergente ad consummationem sæculo, malitia jam ad summum provecta, tunc ad peccatum delendum cum humana temperatum fuisse natura, quemadmodum si quis solem in tenebrosam speluncam induceret et luminis præsentia tenebras dissiparet. Nostras enim sordes in semetipso assumens, earum spurcitiis non inquinatur ; sed in se ipso sordes purificat. *Lux enim, inquit, in tenebris luxit, et tenebræ eam non comprehenderunt*⁷¹. Id quod et in medendi arte accidit ; siquidem curatione morbo adhibita, ægrotudo evanescit, non in medicam artem transfertur. Hæc nostra sententia est. At iste carneum ab initio Deum esse ait, atque ita corpus visibile et palpabile, quod in ultimis diebus ex muliere genitum est et paulatim factis humano alimento accessionibus crevit, non aliud esse putat quam illud quod ante creata cuncta existebat, quod hominem cæterasque res tam visibiles quam invisibiles condidit, quod et defatigationem sentit et in animi tristitia mortis experimentum capit. Nescio autem quomodo sapiens iste, cum cælum, terra cunctaque alia admiranda in rerum creatione condita sunt, nihil laboris eorum factorem subiisse testetur, cum autem e Judæa

φησιν · *Οι δὲ ἐν σχήματι πίστεως ἀπιστοὶ τῷ ἐκ γυναικὸς τεχθέντι Θεῷ, καὶ σταυρωθέντι πρὸς Ἰουδαίων, ὁμολογῶν ἐκείνοις ἐπισωχύνονται* ([92] *διὸ καὶ αὐτὸς ἐπισωχυνθήσεται αὐτούς*). Τὸ μὲν οὖν ἀραὶς κατὰ τῶν ὑπεναντίων χρῆσθαι, τίς οὐκ οἶδεν ὅτι τῶν ἀπονούτων ἐστὶ περὶ αὐτοῦ σπουδάξουσιν ἴδιον ; Ἡμεῖς δὲ τοσοῦτόν φαμεν, ὅτι δύο προκειμένων βαρῶν, ἔνθεν μὲν τοῦ κατὰ τὸν Ἀπολινάριον, ἐτέρωθεν δὲ τοῦ κατὰ τὴν Ἀρειον πτώματος, ἴσον μὲν καθ' ἕτερον (93) τοῖς καταπίπτουσιν ἐστὶ τὸ σύντριμμα · πλὴν ἐν κακίῳ ἐκλογῇ, κουφότερον δοκεῖ τὸ κατὰ τὸν Ἀρειον κλάσμα. Ἀμφότεροι μὲν γὰρ πρὸς τὸ ταπεινότερον τὴν ἀκήρατον τοῦ Μονογενοῦς φύσιν καθέλκουσιν · ἀλλ' ὁ μὲν Ἀρειος τῇ ἀσωμάτων τῶν ἀγγέλων φύσει προσοικιοῖ τὸν τῶν ἀγγέλων ἀεσπότην, κατὰ τὸ ἴσον ἐλαττοῦσθαι τῆς τοῦ ἀκτίστου φύσεως, καὶ τοῦτον κάκεινους διὰ κτίσεως εἶναι ἀποφηνάμενος. Οὗτος (94) δὲ τοσοῦτον ἐπιτείνει τὴν ἀτοπίαν, ὥστε καὶ ἀνθρώπῳ τῷ παρ' ἀγγέλου ἐλαττομένῳ κρίνειν ὁμοτίμον, καὶ σαρκώδη εἶναι τὴν φύσιν αὐτοῦ διορίζεσθαι. Ὅσῳ δὲ κρείττων τῶν σωμάτων ἡ ἀσώματος φύσις, τοσοῦτον ἡ κατὰ Ἀρειον ἀσέβεια τῆς Ἀπολιναρίου πλάνης αἰρετωτέρα. Τίς οὖν ἐν σχήματι πίστεως ἀπιστος, ἐρμηνεύων (95) τὸ ἐκ τῆς Παρθένου μυστήριον ; Προθήσω γὰρ τῷ κοινῷ τὴν τε κωμωδουμένην ἡμῶν παρὰ τοῦ λογογράφου πίστιν, καὶ τὴν ἐκείνου ὑπόληψιν. Ἡμεῖς γὰρ φαμεν, ὅτι ἀυλὸς τε καὶ ἀειδὴς καὶ ἀσώματος κατ' οὐσίαν Θεός (96) ὢν, οἰκονομία τινὶ φιλανθρώπῳ πρὸς τῷ τέλει τῆς τοῦ παντὸς συμπληρώσεως, ἦδη τῆς κακίας εἰς τὸ (97) ἀκρότατον αὐξηθείσης, τότε ἐπὶ καθαιρέσει τῆς ἀμαρτίας, τῇ ἀνθρωπίνῃ κατακρινάται φύσει, οἷον τις ἥλιος ἐν γνοφώδει (98) σπηλαίῳ εἰσοικιζόμενος, καὶ διὰ τοῦ φωτὸς ἐξαφανίζων τῇ παρουσίᾳ τὸ σκότος. Τὸν γὰρ ἡμέτερον ρύπον εἰς ἑαυτὸν ἀναλαμβάνων, οὐκ αὐτὸς ἐμμολύνεται τῷ μιάσματι · ἀλλ' ἐν ἑαυτῷ καθαρίζει τὸν ρύπον · *Τὸ γὰρ φῶς, φησὶν, ἐν τῇ σκοτίᾳ ἐλαμψεν, Ἡ δὲ σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαβεν*. Ὅσπερ καὶ ἐπὶ τῆς ἰατρείας γίνεται. Ἐπαχθείσης γὰρ τῷ νοσήματι τῆς ἰάσεως, εἰς ἀφανισμὸν μεταχωρεῖ τὸ ἀρρώστημα, οὐκ εἰς τὴν ἰατρικὴν τέχνην ἀντιμεθίσταται. Οὗτος ὁ ἡμέτερος λόγος. Ὁ δὲ φησιν, Ἔνσαρκον εἶναι τὸ καταρχὰς (99) τὸν Θεόν, καὶ οὕτως ἐπ' ἐσχάτων ἡμερῶν τὸ τεχθὲν ἐκείνο τὸ ὄρατον καὶ ψηλαφῆτον σῶμα, τὸ διὰ τῆς ἀνθρωπίνης τροφῆς ταῖς κατ' ὀλίγον προσθήκαις αὐξανόμενον, ἐκείνο εἶναι ὃ πρὸ τῶν ὄντων ἀπάντων ἦν, ὃ καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἐποίησε, καὶ πᾶσαν κτίσιν ὄρατὴν τε καὶ ἀόρατον, ὃ καὶ τοῦ κόπου ἀισθάνεται καὶ ἐν ἀδῆμονίᾳ θανάτου δέχεται πείραν. Οὐκ οἶδα πῶς ὁ σοφὸς, ὅτε μὲν οἱ οὐρανοὶ, καὶ ἡ γῆ, καὶ πάντα τὰ ἐν τῇ κτίσει συνίστατο θαύματα, κόπον οὐδένα προσμαρτυρῶν τῷ

⁷¹ Joan. 1, 5.

(92) Quæ semicirculis includuntur corr. add.

(93) Corr. καθ' ἕτερον.

(94) Corr. οὐτοσί.

(95) Corr. ὅπως ἐρμηνεύων.

(96) Corr. ὁ Θεός.

(97) Corr. πρὸς τὸ.

(98) In Vat. cod. erat οἷον τις ἥλιος ἐν γνοφώδει. Corr. autem emendavit ἥλιος ἐν ζοφώδει, et in margine eadem veteri manu scribitur γρ. καὶ λύχνος, ut sensus sit, tam ἥλιος quam λύχνος eo in loco legi posse.

(99) Corr. εἶναι τε καταρχὰς.

ποιήσαντι, ἵνα δὲ διέλθῃ ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας ἐπὶ τὴν Γαλιλαίαν, ἐν κόπῳ αὐτὸν γεγενῆσθαι λέγων· καὶ τοῖς μὲν Ἰσραηλίταις στρέφειν τὴν πέτραν εἰς λίμνας ὕδατων, αὐτὸν δὲ πεινᾶν αἰτεῖν παρὰ γυναικὸς Σαμαρείτιδος· καὶ ἐν τεσσαράκοντα ἔτεσι μὴ κάμνειν, τοσαύταις μυριάσι τὴν οὐρανίαν τροφὴν ἐπιχέοντα, αὐτὸν δὲ πρὸς τὴν συκὴν δραμεῖν ἐλπίδι βρώσεως, τῆς μὴ οὖσης. Τοιαύτης οὖσης παρ' ἑκατέρου τῆς τοῦ δόγματος ὑπολήψεως, ὁ συνεδρὸς ἀκρατῆς ἐφ' ἑαυτοῦ κρινέτω τίς ὁ σχήματι πίστεως ἀπιστος.

Ἄλλὰ φησι λέγειν ἡμᾶς ὅτι ὁ σταυρωθεὶς οὐδὲν εἶχε θεῖον ἐν τῇ ἑαυτοῦ φύσει, οὐδὲ αὐτὸ τὸ κυριώτατον, ὃ ἐστὶ πνεῦμα. Πρὸς δὲ τὴν τοιαύτην συκοφαντίαν πρόχειρος ἢ ἐκ τῆς ἀρνήσεώς ἐστιν ἀπολογία. Εἰ γὰρ τὸ πνεῦμα νοῦν ὁ Ἀπολιναριος οἶεται, οὐδεὶς τῶν Χριστιανῶν λέγει ὅτι ἀνακραθέντα τῷ Θεῷ ἀνθρώπων ἡμῖσιν εἶναι, ἀλλ' ὅλον προσφυῆσαι τῇ θεῷ δυνάμει. Πῶς οὖν ἂν ἐθέλῃ τις τὰ μέρη τοῦ ἀνθρώπου προσγορεύειν ὀνόμασι, εἴτε νοῦν, εἴτε πνεῦμα, εἴτε καρδίαν· λέγεται γὰρ παρὰ τῆς Γραφῆς ἐπὶ τοῦ ἡγεμονικοῦ τὰ τρία· τὸ, *Καρδίαν καθαρὰν κτίστω ἐν ἐμοί, ὁ Θεός· καὶ, Ὁ νοῦν μου κυβέρνησιν κτήσεται· καὶ, Οὐδεὶς οἶδε τὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα, τὸ ἐν αὐτῷ*. Οὐτε οὖν ἄνους (1), οὐτε ἄνους, οὐτε ἀκάρδιος τῇ ἐπισκιάσει τῆς τοῦ Ὑψίστου δυνάμεως, καὶ (2) ἐπελεύσει τοῦ ἀγίου Πνεύματος. Οὐκοῦν οὐ πρὸς ἡμᾶς ἂν βλέποι ἡ λοιδορία, ὡς πῶν ἀνθρώπων ἐκείνων οὐκ ἔχοντα ἐν ἑαυτῷ τὸ πνεῦμα, ὃ ἐστὶν ὁ νοῦς, γεγενῆσθαι λέγοντας· ἀλλὰ πρὸς αὐτὸν ἐκείνον τὴν τῆς λοιδορίας ἐργάτην, τὴν τοῖς ἰδίοις ὀνειδίσαι ἡμᾶς βάλλοντα. Ὁ γὰρ πνεῦμα τὸν νοῦν ὀνομάζων, μὴ ἔχειν δὲ νοῦν τὸν κατὰ Χριστὸν ἀνθρώπων λέγων, ἐκείνός ἐστιν, ὁ μὴ ἔχειν πνεῦμα κατασκευάζων τὸν Κύριον. Ἄλλὰ τί τὸ ἐπαγόμενον ἐγκλημα; Φησὶ ἐκείνος ἀδικεῖν ἡμᾶς τοῦτο λέγοντας, ὅτι ὑπὲρ τὴν αὐτοῦ (3) φύσιν ὁ ἀνθρώπος ἔσχε τι μείζον ἔτερον, τὴν ἐν αὐτῷ (4) κατοικοῦσαν θεότητα. Εἰ δὲ τοῦτο ἐν ἐγκλήμασι τίθεται, οὐ φερόμεν τὴν κατηγορίαν, τῷ Ἀποστόλῳ συνεκβαλλόμενοι. Παρ' αὐτοῦ γὰρ τὸ τοιοῦτον (5) μαθόντες, πιστεύομεν ὅτι Θεοῦ μορφή κατὰ τὸ νοούμενον ([6] ὑπάρχων, ἐν δούλου μορφῇ κατὰ τὸ φαινόμενον) γίνεται. Εἰ δὲ προτιμότερα ἡ θεία μορφή τοῦ δουλικοῦ προσώπου, οὐκ ὁμοτιμον πάντως τῷ κρυπτῷ τὸ φαινόμενον. Οὐκοῦν τὸ κατὰ σάρκα βλεπόμενον, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστρεφόμενον, εἶχέ τι ἐν ἑαυτῷ ἑαυτοῦ τιμιώτερον, ὅπερ ὁ λογογράφος ἐγκλημα ποιεῖται κατὰ τῆς πίστεως. Ἄλλὰ καὶ ἐν αὐτῷ φησὶν ὁ Ἀπόστολος *κατοικεῖν πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς· ὃ δὲ ἐν αὐτῷ εἰπὺν*, οὐ τὸ ἡμῖν τοῦ δηλουμένου ἐσημανεῖν, ἀλλ' ὅλον τὸ ὑποκείμενον τῇ σημασίᾳ συμπεριλάβειν. Εἰ οὖν ἀνθρώπινον σῶμα, ἐν ᾧ κατώκησεν ἡ θεότης, σῶμα δὲ οὐκ ἀλύχον· ἴδιον δὲ τῆς ἀνθρωπίνης ψυχῆς

in Galilæam ivit, ipsum in labore fuisse dicat; et Israelitis quidem petram in stagna aquarum convertisse, eundem vero a Samaritana muliere aquæ potum postulasse; et qui per quadraginta annos crelestem cibum tot tantisque Judæorum myriadibus profundens, non defatigatus fuit, illum ipsum spe cibi, qui non aderat, ad sicum cucurrisset. Hæc cum sit utriusque partis circa fidem sententia, prudens cordatusque auditor secum ipse judicet uter fidei specie sit infidelis.

XXVII. Sed nos affirmare ait eum qui crucifixus fuit in sua ipsius natura nil divinum habuisse, nec illud ipsum quod potissimum est, nempe spiritum. Sed adversus hanc calumniam petita ex negatione defensio in promptu est. Si enim Apollinaris spiritum mentem esse putat, nullus Christianorum dicit hominem Deo contemperatum, media sui parte hominem esse, sed integrum hominem adjunctum fuisse divinæ virtuti. Quibuscumque igitur quis hominis partes nominibus appellare voluerit, sive mentem, sive spiritum, sive cor; hæc enim tria de principali hominis parte dicuntur; nempe, *Cor mundum crea in me, Deus*⁷², et, *Intelligens gubernacula possidebit*⁷³, et, *Nemo scit quæ sunt hominis, nisi spiritus qui in ipso est*⁷⁴; certe quidem, nec sine spiritu, nec sine mente, nec sine corde per obumbrationem virtutis Altissimi et superventum Spiritus sancti Christum fuisse dicimus. Ad nos itaque convicium non respicit, ac si hominem illum spiritu, hoc est mente, destitutum fuisse diceremus; sed ad illum ipsum convicii auctorem, qui injuriis quibus ipse merito afficiendus esset nos impetit. Qui enim mentem spiritum vorans, mentem non habere Christum hominem dicit, ille ipse Dominum non habere spiritum adstruit. Sed quale nobis præterea intendit crimen? Ait ille iniquite agere nos, qui hoc dicamus; nempe quod præter suam ipsius naturam homo ille aliquid quiddam majus habuit, habitantem scilicet in ipso divinitatem. Si autem hoc nobis crimini datur, accusationem non refugimus, una cum Apostolo rejecti. Ab illo enim talia edocti credimus Christum, cum Dei forma secundum id quod mente percipitur esset, in servi forma secundum id quod exterius apparebat factum fuisse. Quod si divina forma excellentior est servili persona, profecto quod exterius apparebat nequaquam æqualis erat dignitatis cum eo quod intus latebat. Quod igitur secundum carnem conspiciatur, et cum hominibus conversabatur, in seipso aliquid semetipso præstantius habuit, quod tamen scriptor noster crimen adversus fidem esse fingit. Atqui etiam *in ipso* ait Apostolus⁷⁵ *inhabitare omnem plenitudinem divinitatis*

⁷² Psal. i, 12. ⁷³ Prov. i, 5. ⁷⁴ I Cor. ii, 11. ⁷⁵ Coloss. ii, 9.

(1) Ita corr., male in textu Vat. cod. ἀπλοῦς.

(2) Corr. καὶ τῇ.

(3) Corr. τὴν ἑαυτοῦ.

(4) Corr. ἐν ἀνθρώπῳ.

(5) Ita corr., male antea τῷ τοιοῦτῳ.

(6) Quæ semicirculis includuntur addita sunt a correctore.

corporaliter. Qui autem in ipso dicit, non dimidium, sed integrum subjectum significatione complectitur. Si igitur humanum corpus est, in quo divinitas habitavit, corpus autem non est inanimum; ac præterea humanæ tantum animæ proprium est habere partem intelligentem et rationalem; si enim hæc ab homine sejungatur, quemadmodum sæpe diximus, quod remanet brutorum est: ergo non nos egregius iste, sed Apostolum potius maledictis incessit; imo vero Joannem ipsum clare dicentem, *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis*⁷⁶. Non enim in aliqua nostri parte dixit; sed omnia pariter quæ in humana intelliguntur natura plurali voce significavit; et Verbum quidem prius a carne separavit, deinde vero eidem univit. Nam Verbum in semetipso erat, et apud Deum erat, et quod Deus erat, hoc et Verbum erat, nam et hoc Deus erat. Sed quando in propria venit, et in tenebris luxit, tunc Verbum caro factum est, propria vir-

τὸ νοερόν ἐστι μέρος. Εἰ γὰρ τοῦτο χωρισθεῖη, καθὼς πολλάκις εἰρήκαμεν, κτηνώδεις ἐστὶ τὸ λεγόμενον (7). Ἄρ' οὐχ ἡμῶν ὁ γεννάδας, ἀλλὰ τοῦ Ἀποστόλου ταῖς λοιδορίαις καθάπτεται· μάλλον δὲ καὶ τῆς μεγάλης τοῦ Ἰωάννου φωνῆς, ἣ φησιν, ὅτι Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. Οὐ γὰρ ἐν μέρει ἡμῶν, ἀλλὰ πάντα τὰ ἐν τῇ φύσει νοούμενα τῇ πληθυντικῇ φωνῇ συνεστήμανε (8), καὶ τὸν Λόγον τῆς σαρκὸς πρότερον μὲν προδιέστειλεν, εἰθ' οὕτως εἰς ἔνωσιν ἤγαγεν. Ἦν γὰρ ἐφ' ἑαυτοῦ ὁ Λόγος, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ἦν. Καὶ ὅπερ ὁ (9) Θεὸς ἦν, ([10] τοῦτο καὶ ὁ Λόγος ἦν)· Θεὸς γὰρ καὶ οὗτος ἦν. Ἄλλ' ὅτι εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, καὶ ἐν τῇ σκοτίᾳ ἔλαμψε, τότε ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, τῇ ἑαυτοῦ δυνάμει ἐν τῇ Παρθένῳ σὰρξ γενόμενος. Οὐκοῦν φειδέσθω τῆς καθ' ἡμᾶς λοιδορίας, ὡς ἂν μὴ συμπεριλάβοι τοὺς ἁγίους διὰ τῆς ὑδρεως.

lucis, tunc Verbum caro factum est, propria vir-

XXVIII. Porro prætermisissis iis quæ hic ab Apollinari interjecta sunt, quibus Incarnationis mysterium inficias ire illos censet qui eadem ac ipse non sentiunt, unam tantum earum rerum quas in accusationis æstu ad conflandum nobis calumniam profert commemorabo. Ait enim, *Nos nisi ejus dicta approbemus, necesse esse ut dicamus Christum nec ante terrenam suam nativitatem, nec ante omnem creaturam fuisse, neque etiam ejusdem ac Deum generis esse*⁷⁷. Atqui Christum antequam in terra nasceretur jam fuisse fatemur, si modo ejus carnem terrestris naturæ atque constitutionis esse non dubitatur; ejusdem autem eum generis ac Deum esse, absit ut dicamus: nemo Christianorum adeo humilia et a divina majestate aliena verba conflixerit, ut qui revera Deus est, ejusdem cum Deo generis, seu cognatum Deo, et non verum Deum esse prædicet. Nec Eunomius ipse ab hac tua de Domino voce usurpanda abhorreret: nam et ille veram in Christo divinitatem negans, cognatum eo modo ipsum Deo esse diceret, quemadmodum⁷⁸ concorporales et comparticipes Christi sunt, qui ejus fidem amplectuntur; non quod illud idem sint, quod Dominus est, sed quod illi communicent, et unum idemque cum eo cujus participes sunt nomen obtineant: ita ut dum nobis crimini vertit quod ea non dicamus quæ apud omnes veræ fidei cultores in confesso sunt, eo ipso sententiam nostram esse nullique reprehensioni obnoxiam confirmat. Deinde ut carnem esse divinitatem probet, hæc etiam superius dictis addit: *Quis enim, inquit,*

Τὰ δὲ διὰ μέσου παρeis, εἰ ὧν ἀρνήσασθαι τὰ κατὰ τὸ μυστήριον οὐκ εἶναι τοὺς μὴ τὰ αὐτὰ φρονούντας αὐτῷ, ἐνὸς τῶν ἐν τῇ καταφορᾷ πρὸς διαβολὴν ἡμετέραν εἰρημένον ἐπιμνησθήσομαι. Φησὶ γὰρ, Ἡμᾶς, εἰ μὴ ἐκεῖνο λέγομεν, μήτε προὑπάρχειν τῆς ἐν τῇ γεννήσεως, μήτε πρὸ πάντων εἶναι λέγειν, μήτε σύμφυλον εἶναι Θεοῦ. Ἀλλὰ τὸ μὲν προὑπάρχειν αὐτὸν τῆς γηγίνης αὐτοῦ γεννήσεως (11) ὁμολογούμεν, εἴπερ ἐκ τῆς γηγίνης συστάσεως ἡ σὰρξ εἶναι οὐκ ἀμφιβάλλεται· τὸ δὲ σύμφυλον εἶναι Θεοῦ, ἀπαγε, μηδὲς οὕτως ἐν Χριστιανοῖς ταπεινά τε καὶ ἐκφυλα τῆς θείας μεγαλοπρεπειας ὀνοματοποιήσεις ῥήματα, ὥστε τὸν ὄντως ὄντα Θεὸν, σύμφυλον Θεοῦ, καὶ μὴ ἀληθινὸν ἀνακηρύσσειν Θεόν. Οὐδ' ἂν ὁ Εὐνόμιος τῆς τοιαύτης σου φέσαιτο (12) ἐπὶ Κυρίου φωνῆς. Εἴπα γὰρ ἂν καὶ ἐκεῖνος μὴ παραδεχόμενος αὐτοῦ τὸ ἀληθινὸν τῆς θεότητος, τὸ σύμφυλον αὐτὸν εἶναι Θεοῦ καθὸ καὶ σύσσωμοι τοῦ Χριστοῦ καὶ συμμετοχαι· τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν παραδεξάμενοι, γίνονται· οὐκ ἐκεῖνο δυντες, ὅπερ ἐστὶ Κύριος (13), ἀλλ' ἐκεῖνο μετέχοντες, καὶ τῷ μετεχομένῳ συνονομαζόμενοι· ὥστε ὁ ταῦτα αἰτιώμενος μὴ λέγειν ἡμᾶς, ὅσα κατὰ τῶν εὐσεβοῦντων ὁμολογεῖται, τὸ εὐσεβές τε καὶ ἀνεπιληπτον τῷ καθ' ἡμᾶς λόγῳ προσεμαρτύρησεν. Εἶτα εἰς κατασκευὴν τοῦ εἶναι τὴν σάρκα θεότητα, καὶ ταῦτα τοῖς εἰρημένοις προστίθησι. *Τίς γὰρ, φησὶν, ὁ ἅγιος ἐκ γεννητῆς; ὡς περ οὐκ ἀνεγνωκῶς τὴν κατὰ τὸν Ἱερεμίαν γραφὴν, περὶ οὗ φησιν, ὅτι Πρὶν ἐμὲ (14) πλάσαι σε ἐκ κοιλίας (15) ἠγάπα σε.* Οὐ γὰρ μόνον ἐκ γεννητῆς, ἀλλὰ καὶ πρὸ γενέσεως ἐκεῖνος κατὰ τῆς Γραφῆς μαρτυρεῖται ἅγιος. Ἀλλὰ καὶ

⁷⁶ Joann. 1, 14. ⁷⁷ Ephes. 11, 6.

(7) Lege, λειπόμεινον.

(8) Corr. συνεστήμηνας.

(9) Corr. art. add.

(10) Quæ semicirculis includuntur corr. manu sunt addita.

(11) Corr. γενέσεως.

(12) Corr. τοιαύτης οὐ φέσαιτο.

(13) Corr. ὁ Κύριος.

(14) Corr. πρὶν ἢ ἐμὲ.

(15) In Vat. cod. male interpungitur post verba illa ἐκ κοιλίας. Vide tamen an lectio quam idem codex hic exhibet antiqua sit, an potius librarius oscitantia omissa sint alia quædam verba, quæ in Vulg. cedit. et apud LXX interpr. leguntur.

ὁ ἐν τῇ γαστρὶ τῇ μητρὶ σαρκιτήσας, ὁ τοῦ ἀσπασμοῦ τῆς μητρὸς τοῦ Κυρίου τὴν φωνὴν ἐν ἀγαλλιάσει δεξάμενος, καὶ αὐτὸς ἂν εἴη ἐκ γεννητῆς ἅγιος, καθὼς ἡ τοῦ ἀγγέλου περὶ αὐτοῦ μνηνύει φωνή, λέγουσα· *Kul Πνεύματος ἁγίου πλησθήσεται ἔτι ἐκ κοιλίας μητρὸς*. Ἄλλ' ἐπάγει καὶ τοῦτο τοῖς εἰρημένοις· *Τίς ἀδίδακτος σοφός*; Ἡμεῖς δὲ τὴν ἐκ τοῦ Θεοῦ σοφίαν, ἣτις ἐστὶν ὁ Χριστός, οὐχὶ διδακτὴν, ἀλλὰ διδακτικὴν εἶναι φαμεν· τὴν δὲ ἐνωθεῖσαν τῇ θεῖα σοφίᾳ τῆς σαρκὸς ἡμῶν μοῖραν, ἐκ μετοχῆς δέξασθαι τὸ ἀγαθὸν τῆς σοφίας οὐκ ἀμυθάλλομεν, πειθόμενοι τῷ Εὐαγγελίῳ οὕτως διεξιόντι, ὅτι *Ἰησοῦς δὲ προέκοπτεν ἡλικία, καὶ σοφία, καὶ χάριτι*. Ὅσπερ ἐν τῷ σώματι ἡ κατ' ὀλίγον προσθήκη, τροφῆς (16) συνεργεῖ πρὸς τὸ τέλειον τῆς φύσεως πρόεισιν, οὕτως καὶ ἐν τῇ ψυχῇ ἡ ἐπὶ τὸ τέλειον τῆς σοφίας πρόδος δι' ἀσκήσεως τοῖς μετιούσι προστίθεται. *Τίς, φησὶν, ἐν ἐξουσίᾳ τὰ τοῦ Θεοῦ ἐργαζόμενος*; Πῶς κατασμικρύνει τοῖς βρεφικοῖς ἐπιχειρήμασι τὴν ἄφραστον τοῦ Κυρίου μεγαλειότητα; Τὸ γὰρ ἐν ἐξουσίᾳ τὰ τοῦ Θεοῦ ποιεῖν καὶ ἀνθρώπων ἐστὶ ἡξιωμένων (17) θείας δυνάμεως, εἶς ἦν ὁ Ἡλίας; κατ' ἐξουσίαν ἀνιείς τε καὶ ἀποκλείων τοῖς ἀνθρώποις τὸν ὕμνον, πῦρ ἐπάγων τοῖς ὑπεναντίοις, γεωργῶν ἐν τῷ κεράμῳ τὸ ἄλευρον, καὶ βρούειν ποιῶν ἐν τῷ καμψάκῃ (18) τὸ εἶλαιον, καὶ διὰ προσφυσήματος τῷ ἀψύχῳ ζῶνι χαριζόμενος, καὶ ὅσα ἄλλα περὶ αὐτοῦ ὁ λόγος κατέχει. Ὅστε οὐδὲν ὑπὲρ ἀνθρώπων, τὸ ἐν ἐξουσίᾳ τοῦ Θεοῦ ποιεῖν τι τῶν θαυμάτων ἐκ θείας δυνάμεως· ἀλλὰ τὸ αὐτὸν εἶναι τὴν ὑπερέχουσαν δύναμιν. Ὅπερ δὴ καὶ παρ' ἡμῶν καὶ παρὰ πάντων τῶν ἐν ἀληθείᾳ δεξαμένων τὸν λόγον πεπιστευται.

agricolatione multiplicavit, qui scatere fecit oleum in lecytho et afflatu vitam mortuo largius est, et quotquot alia de ipso in sacris paginis narrantur¹⁶. Quamobrem nihil supra hominem, si quis Dei potestate præditus, aliquod miraculum ex divina virtute operetur; sed illud vere supra hominem, ut quis sit ipsamet prima cæterisque aliis superior potestas. Quod quidem cum a nobis tum ab aliis omnibus, qui in veritate verbum Dei suscipiunt, de Christo Domino creditur.

Τὴν δὲ ἀδιανοήτως αὐτοῦ προστεθεῖσαν τοῖς εἰρημῶν διαίρεσιν, ὡς οὐ πρότερον ἡμῖν ἔν τὸ κατὰ σπουδῆν διελέγειν, ταῖς ἐνομοῖς τῶν ἐπιστημόνων παρήσομεν. Τί γὰρ βούλεται αὐτῷ τὸ, *Διαιρῶν μὲν τὴν ἐνέργειαν κατὰ σάρκα, ἐξισῶν δὲ κατὰ πνεῦμα*. Ὅπερ ἐπήγαγε τῇ Εὐαγγελικῇ φωνῇ τῇ λεγούσῃ, ὅτι *Ὁ Πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, καὶ γὰρ ἐργάζομαι*. Εἰ τις ἔχει δύναμιν πρὸς τὴν τῶν ἀνοήτων συνηγορίαν, συνιστάσθω τῷ λόγῳ καὶ λεγέτω, τί νοῶν ἐπάγει τοῖς εἰρημένοις πάλιν τὸ ὅμοιον, οὕτως καὶ τὴν λέξιν (19) ἔχον· *Ὅπερ ἔχει, φησὶ, τὴν ἐν δυνάμει πάλιν ἰσότητα, καὶ τὴν κατὰ σάρκα τῆς ἐνεργείας διαίρεσιν, καθ' ἣν, φησὶν, οὐ πάρατος ἕξωποιοῦσεν, ἀλλὰ τινὰς, οὐδ' ἡθέλησεν*. Ἡμεῖς γὰρ (20) τὴν ἀπλήν τε καὶ ἀκατάσχευον ἐξεληφότες τῆς θείας Γραφῆς διάνοιαν, οὕτως περὶ τῶν εἰρημῶ-

A sanctus a nativitate? Perinde ac si, quod apud Jeremiam scriptum est, ignoraret, de quo dicit Dominus, *Priusquam te formarem, ex utero sanctificavi te*¹⁶. Non modo enim a nativitate, sed et ante nativitatem illum sanctitate præditum fuisse Scripturæ testimonio comprobatur. Quin et infans ille qui in matris utero exsultavit, qui salutationem matris Domini cum lætitia suscepit¹⁷, ipse quoque a nativitate sanctus exstitit, quemadmodum angelicus sermo de ipso declarat his verbis: *Et Spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ*¹⁸. Sed et illud dictis modo relatis subjungit: *Quis sapiens, nisi doctus fuerit?* At nos Dei sapientiam, quæ Christus est, non ab alio quopiam edoctam fuisse, sed alios docendi potestate præditam esse dicimus; eam vero carnis nostræ portionem, quæ divinæ Sapientiæ unita est, sapientiæ bonum per participationem suscepisse non dubitamus. Evangelii auctoritate freti, hæc de Jesu narrantis, *Jesus autem proficiebat ætate, et sapientia et gratia*¹⁹. Nam veluti in nostro corpore paulatim factum incrementum cibi opera ad naturæ perfectionem procedit, ita et in anima exercitatione fit ut qui sapientiæ studio tenentur, ad apicem ejus fastigiumque progrediantur. *Quis, inquit, ex potestate, quæ Dei sunt operatur?* Quomodo puerilibus argumentis ineffabilem Domini magnitudinem deprimit? Nam ex potestate quæ Dei sunt facere, eorum quoque hominum est qui divina virtute digni habiti sunt, cujusmodi erat Elias, qui pro arbitrio cadere hominibus atque cessare fecit pluviam, qui ignem innisit in hostes, et in vase fictili farinam mira

in lecytho et afflatu vitam mortuo largius est, et quotquot alia de ipso in sacris paginis narrantur¹⁶. Quamobrem nihil supra hominem, si quis Dei potestate præditus, aliquod miraculum ex divina virtute operetur; sed illud vere supra hominem, ut quis sit ipsamet prima cæterisque aliis superior potestas. Quod quidem cum a nobis tum ab aliis omnibus, qui in veritate verbum Dei suscipiunt, de Christo Domino creditur.

XXIX. Porro cum obscuram et incomprehensibilem quam adjungit distinctionem minime deceat nos accuratius confutare, illam doctorum judicio examinandam relinquemus. Quid enim sibi vult illud, *Distinguens quidem operationem secundum carnem; æquans vero secundum spiritum?* Quod dictum hisce Evangelii verbis subjungit, *Pater meus usque modo operatur, et ego operor*²⁰. Si quis stultorum cogitatis patrociniū præbere potis est, huic astipuletur sermoni et dicat quo sensu allatis modo dictis similia iterum addat, quæ ad verbum ita se habent, *Qui quidem, inquit, in potestate rursus æqualitatem obtinet, et distinctionem operationis secundum carnem, qua, inquit, non omnes vivificavit, sed nonnullos, quos voluit*. Nos enim simplicem et obvium ex divina Scriptura

¹⁶ Jer. 1, 5. ¹⁷ Luc. 1, 41. ¹⁸ ibid. 15. ¹⁹ Luc. 2, 52. ²⁰ III Reg. xvii, 41, sqq.; IV Reg. 1, 10 sqq. • Joan. v, 17.

(16) Corr. τῇ τῆς τροφῆς.

(17) Corr. τῶν ἡξιωμένων.

(18) Ita corr.; antea, καμψάκει. Sacer tamen

textus habet, καμψάκη.

(19) Videtur hic legendum, κατὰ τὴν λέξιν.

(20) Ita corr.; prius erat, ὁμα; γάρ.

sensum desumentes, ita de ejus dictis statuimus, A ut cum Dominum in hæc verba loquentem audimus⁶¹, *Pater suscitavit mortuos et vivificavit, et Filius, quos vult vivificavit*, hæc non ita accipiamus, ac si aliqui a vivificante voluntate rejiciantur, sed quoniam omnia quæ Patris sunt, Filii quoque esse accepimus et credimus, ideo et Patris voluntatem, tanquam illorum omnium unum, in Filio conspicimus. Si igitur in Filio Patris voluntas est, Pater autem, quemadmodum ait Apostolus⁶², *Omnes vult salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire*; profecto qui euncta Patris possidet totumque in se ipso Patrem habet, omnino una cum cæteris Patris sui bonis, in seipso salvandi etiam voluntatem habet. Si itaque hac perfecta voluntate non caret, manifestum prorsus est, eos omnes quos Pater vivificari vult, ipsum quoque vivificare et benefica in homines voluntate Patre inferiorem non esse, ut Apollinaris censet, dum ait, non omnes, sed aliquos tantum salvari voluisse. Neque enim divina voluntas in causa est, cur alii salventur, alii vero pereant, alioquin ad illam voluntatem, tanquam ad causam, horum perditio referenda esset; sed ex libera voluntate suscipientium verbum Dei, alios salvari, alios perire contingit. At iste argumentationibus suis hæc insuper addit, *Nemo pro arbitrio suo mortuus est, aut resurrexit*. Idque ubi dixit, illud Evangelii statim profert, *Nemo tollit animam meam a me; potestatem habeo ponendi eam, et potestatem habeo iterum sumendi eam*⁶³. Equam animam, rationalem, an irrationalem hic intelligere debeamus, ex his quæsierim qui animam mentis expertem Deo copulant. Si ratione carentem dicant, in Christo jumentum dicent esse, non hominem; sin rationalem, quid aliud putant esse rationem quam mentis agitationem, seu cogitationem? Nam ratio non est vox obscura aut significatione vacua, sed mentis motus initium est ac fundamentum rationis. Quare qui rationalem animam dicit, eam quoque cogitationis compotem fatetur; cogitatio autem mentis est motus et operatio. Quomodo autem mens quæ non aderat, operationes suas edidisset, si Domini animam mente destitutam fuisse affirmaverit? Itaque si Dominus animam habet quam pro suo arbitrio et sumit et ponit, eamque non e pecudum genere et irrationalem, sed conditionis humanæ fatetur esse; necessario consequitur humanam animam a Christo assumptam mente præditam existitisse.

⁶¹ Joan. v, 21. ⁶² I Timoth. ii, 4. ⁶³ Joan. x, 18.

(21) Licet in Vat. cod. sit, οὕτως παρὰ τῶν εἰρημένων γινώσκωμεν, quo pacto vertendum esset, *Nos enim, etc., secus ac Apollinaris censuit, ita statuimus, ut cum, etc.*: nos tamen emendandum esse putavimus, οὕτως περὶ τῶν εἰρημένων γινώσκωμεν, cum ista lectio planior atque commodior altera videatur.

(22) Ita corr.; antea, τί οὖν.

(23) Corr. ζωοποιῆσαι.

(24) Ita corr.; antea ἐκείνων.

(25) Corr. καὶ ἀνέστη.

(26) Corr. καὶ ἐξουσίαν.

νων γινώσκωμεν (21) ὅτ' ἂν τοῦ Κυρίου διεξιόντος ἀκούσωμεν, ὅτι Ὁ Πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ, καὶ ὁ Υἱὸς οὗς θέλει ζωοποιεῖ, οὐχ ὡς τινων ἀποδαλλομένων τοῦ ζωοποιοῦ θελήματος, ἐκ τούτου νοοῦμεν· ἀλλ' ἐπειδὴ πάντα τὰ τοῦ Πατρὸς τοῦ Υἱοῦ εἶναι καὶ ἠκούσαμεν καὶ πιστεύομεν, δηλονότι καὶ τὸ θέλημα τοῦ Πατρὸς, ὡς ἐν τῶν πάντων, ἐν τῷ Υἱῷ καθορώμεν. Εἰ οὖν (22) ἐν τῷ Υἱῷ τὸ πατρικὸν ἐστὶ θέλημα· ὁ δὲ Πατὴρ, καθὼς φησὶν ὁ Ἀπόστολος, *Πάντας θέλει σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπιγνώσιν ἀληθείας ἐλθεῖν*· δηλαδὴ ὁ πάντα τὰ τοῦ Πατρὸς κεκτημένος, καὶ ὅλον ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὸν Πατέρα, ὅλον ἔχει πάντως ἐν ἑαυτῷ μετὰ τῶν ἄλλων τῶν τοῦ Πατρὸς ἀγαθῶν, καὶ τὸ σωτήριον θέλημα. Εἰ οὖν οὐκ ἀπολείπεται τοῦ τελείου θελήματος, πάντως δηλονότι οὗς ὁ Πατὴρ θέλει ζωοποιηθῆναι καὶ αὐτὸς ζωοποιεῖ, οὐκ ἐλαττούμενος ἐν τῷ φιλανθρώπων θελήματι, καθὼς φησὶν ὁ Ἀπολιναριος, ὅτι τινὰς τῆ βλήσην, οὐ πάντας ζωοποιεῖσθαι (23). Οὐ γὰρ παρὰ τῆν τοῦ κυριακοῦ θελήματος αἰτίαν οἱ μὲν σώζονται, οἱ δὲ ἀπόλλυνται· ἢ οὕτω γ' ἂν εἰς ἐκεῖνο (24) ἐπανοίη ἡ τῶν ἀπολλυμένων αἰτία· ἀλλὰ παρὰ τῆν προαίρεσιν τῶν δεχομένων τὸν λόγον, συμβαίνει τὸ σώζεσθαι τινὰς ἢ ἀπόλλυσθαι. Ὁ δὲ προσέτιθηται κατασκευαῖς, ὅτι *Οὐδεὶς κατ' ἐξουσίαν ἀπέθανεν, ἢ ἀνέστη* (25). Καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἐπάγει τῆν τοῦ Εὐαγγελίου φωνήν, τὸ, *Οὐδεὶς αἶρει τὴν ψυχὴν μου ἀπ' ἐμοῦ· ἐξουσίαν* (26) *ἔχω θεῖναι αὐτήν, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν*.

(27) Ποίαν ψυχὴν, λογικὴν ἢ ἀλογον; εἰποῦμι ἂν πρὸς τοὺς τῆν ἀνόητον ψυχὴν τῷ Θεῷ συνορῶντας. Εἰ ἀλογὸν φασὶ, κτήνος ἐροῦσιν εἶναι περὶ τὸν Χριστόν, καὶ οὐκ ἀνθρώπων· εἰ δὲ λογικὴν, τί ἄλλο παρὰ τὸν λόγον τῆν διάνοιαν οἰοῦνται; Οὐ γὰρ φωνὴ ἀστὸμος ὁ λόγος ἐστίν, ἀλλὰ νοήματος κίνησις, ἀρχὴ καὶ ὑπόθεσις τοῦ λόγου γίνεται. Οὐκοῦν ὁ λογικὴν ψυχὴν εἰπὼν, καὶ διανοητικὴν ὁμολόγησεν· ἢ τὴν ἀνοήτῃα, νοῦ κίνησις ἐστὶ καὶ ἐνέργεια. Πῶς ἂν ὁ νοῦς μὴ παρῶν ἐνεργήσειεν, εἴπερ ἀμέτοχον τοῦ νοῦ τῆν τοῦ Κυρίου ψυχὴν διορίζοντο; Ὡστε εἰ ψυχὴν ἔχει ὁ Κύριος, ἦν κατ' ἐξουσίαν καὶ λαμβάνει καὶ ἀποτίθεται, ψυχὴν δὲ οὐ κτηνώδη καὶ ἀλογον, ἀλλὰ τοῦ ἀνθρωπίνου συγκρίματος, ὁμολογεῖται πάντως ἐν τῷ ἀνθρωπίνῳ προσειληθέναι καὶ διανοητικὴν εἶναι.

(27) Et ista Nysseni verba usque ad finem hujus capituli, nonnullis resectis vel mutatis, *Panopliæ* sue inseruit Euthymius Zigabenus loco superius indicato pag. 527, vers. *Ab istis ergo*. In cod. autem Vat. legitur, *πολιανψυχικὴν, λογικὴν, ἢ ἀλογον*; εἰ πως μίαν πρὸς τοὺς, etc. Corr. postrema hæc verba emendanda esse censuit hoc pacto, εἰποῦμι ἂν πρὸς τοὺς, quam lectionem sequitur etiam Euthymius. ac præterea pro ψυχικὴν, habet recte ψυχὴν. Legit enim *ποίαν ψυχὴν λέγετε ἔχειν τὸν Κύριον εἰποῦμι ἂν πρὸς τοὺς, etc.*

Ταῦτα εἰπὼν ὅσα περὶ τοῦ κόκκου φησὶ τοῦ ἀπο-
θνήσκοντος καὶ οὕτως μετὰ πλείονων κόκκων ἀνα-
πλασάνοντος, ἐπειδὴ πρὸς ἡμῶν ἐστὶ καὶ τὸν ἡμέ-
τερον βεβαίῳ λόγον, ἐκῶν ὑπερβήσομαι. Τίς γὰρ ὁ
ἀποθνήσκων κόκκος, καὶ τῷ ἰδίῳ τῆς ἀναστάσεως
στάθμῳ σωρεῖαν κόκκων ἐν ἑαυτῷ συνεγείρων; Οὐκ
οἶμαι τίνα τοσοῦτον τῶν θεῶν δογματῶν εἶναι ἀμύη-
τον, ὡς μὴ περὶ τὸν ἀνθρώπου τὸ κατὰ πάθος βλέ-
πειν (28) μυστήριον. Ἀπόδειξις δὲ τοῦ λόγου τὸ,
καὶ ἡμᾶς συναποθνήσκειν αὐτῷ, καὶ συνθάπτεσθαι,
καὶ συνεγείρεσθαι. Πρὸς γὰρ τὸ ὁμογενὲς ῥαδίᾳ γί-
νεται τοῖς βουλομένοις ἢ μίμησις· τοῦ δὲ ὑπερβη-
χότος ἢ ὁμοίως ἀπορος· ὥστε εἰ μὲν σὰρξ ἐστὶν ἡ
ὑποστᾶτα τὸν θάνατον, καὶ ἡμᾶς τοὺς ἐν σαρκὶ ζῶν-
τας, εὐκολώτερον ἂν εἴη μιμησασθαι τῷ θανάτῳ τὸν
θάνατον. Εἰ δὲ θεότης τέθηκε, πῶς συνεθνηξόμεθα
οἱ ἐν σαρκὶ, τῇ θεότητι; Σαρκὶ σὰρξ συναποθνήσκει,
καὶ συνεγείρεται. Θεότητος δὲ τοῦτο παθούσης, καθὼς
Ἀπολλινάριος βούλεται, ἄλλας θεότητος ἐπιζητεῖν
προσέχει, αἱ συνεθνηξόνται καὶ συναναστήσονται
τῇ θεότητι· (29) ὡσπερ γὰρ Χριστὸς ἀπέθανε καὶ
ἀνέστη, οὕτως καὶ ἡμεῖς, φησὶν ὁ Ἀπόστολος. Τί
θνητες ἡμεῖς κατὰ τὴν ἑαυτῶν φύσιν; θεῖα δύναμις,
ἡ αἷμα καὶ σὰρξ, καθὼς φησὶν ἡ Γραφή (30); Διδὸν κε-
κοινώνηκεν ἡμῖν, ἡμῶν ἕνεκεν, σαρκὸς καὶ αἵματος,
ὁ δὲ ἡμᾶς καθ' ἡμᾶς γενόμενος. Οὐκοῦν ὅπερ ἡμεῖς
ἐσμεν κατ' οὐσίαν, καὶ ὁ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανὼν ἦν,
οὗ πρόκειται τοῖς ὁμογενέσι ἢ μίμησις. Ἀπόδειξις
δὲ τῆς ἀσεβείας τοῦ λόγου τοῦ θνητὴν ἀποδεικνύοντος
τὴν θεότητα, αὐτὸ τὸ ἐν ἡμῖν αὐτοῖς γινόμενον. Ἐν
γὰρ τῷ κοινῷ τῶν ἀνθρώπων θανάτῳ τί τὸ ἀποθνή-
σκόν ἐστὶ, καὶ φθειρόμενον; Οὐχὶ σὰρξ μὲν εἰς τὴν
γῆν ἀναλύεται, ὁ δὲ νοῦς τῇ ψυχῇ παραμένει, οὐδ' ἐν
τῇ μεταστάσει τοῦ σώματος πρὸς τὸ εἶναι βλαπτό-
μενος; Τεκμήριον δὲ ὅτι μέμνηται τῶν ὑπὲρ γῆς ὁ
πλοῦσιος, καὶ δεῖται τοῦ Ἀβραάμ περὶ τῶν κατὰ
γένος (31) συνημμένων αὐτῷ. Τοῦτο δὲ οὐκ ἂν τις
ἀνοίας εἴποι, τὸ, ἐπειδὴ τὸ κατ' ἑαυτὸν ἀφύκτον
ἔγνω, πρόνοιαν τίνα τῶν ἐπιτηδείων ποιήσασθαι.
Εἰ τοίνυν ὁ ἡμέτερος νοῦς διαμένει καὶ μετὰ θάνατον
ἀπαθῆς τε καὶ ἀναλλοίωτος, πῶς εἰκὸς τὸν τριτη-
μόριον ἐκεῖνον τοῦ Ἀπολλινάριου θεὸν τὸν σαρκώδη
θάνατον ὑπομεῖναι (32); Πῶς ἀποθανόντα [(33) ἢ
τίνα τρόπον παθόντα], τὴν τοῦ θανάτου διάλυσιν;
Οὐδενὶ γὰρ τῶν πάντων τὸ τοιοῦτον ἀγνωστον, ὅτι
θάνατός ἐστι ψυχῆς καὶ σώματος ἢ ἀπ' ἀλλήλων
διάζευξις, αὐτὴ δὲ ἡ ψυχὴ, καὶ ἡ διάνοια πῶς ἀπ'
ἑαυτῆς μερίζεται, ἵνα καὶ αὐτὴ (34) τὸν θάνατον δέ-
ξηται; Εἰ οὖν ἀνεπίδεκτος ἡ ἡμετέρα ψυχὴ τοῦ θά-
νάτου, πῶς δέχεται θάνατον, εἰπάτωσαν οἱ εἰς μοῖραν
τὸν Χριστὸν κερματίζοντες.

mortem esse mutuum animæ et corporis separationem; ipsa autem anima et mens, quomodo a

²⁷ Joan. xii, 24. ²⁸ I Cor. xv; I Thess. iv, 14.

(28) Corr. τὸ κατὰ τὸ πάθος βλέπειν, antea erat, τὸ κατὰ πάθος βλέπειν.

(29) Et hunc locum usque ad finem hujus capi-
tis, quibusdam tamen resectis, Euthymius refert
pag. 529, in fine.

(30) Secuti sumus corr. emendationem, Euthy-

XXX. Porro ea quæ de grano dicit, quod mori-
endo ita demum cum sui multiplicatione repul-
lulat ²⁷, quandoquidem pro nobis faciunt nostram-
que firmant sententiam, lubens prætereo. Quid
enim est moriens granum, et sua qua resurgit
spica acervum granorum in seipso simul susci-
piana? Non arbitror quempiam usque adeo ignarum
divinorum dogmatum esse, ut in humanitate pas-
sionis mysterium adimpletum fuisse non videat.
Hujus autem assertionis veritas inde ostenditur,
quod nos commoriamur cum ipso, et consepeliamur
et simul resurgamus. Nam ea quæ ejusdem generis
sunt, facile est volentibus imitari; iis vero quæ
longe supereminent, vix ac ne vix quidem ea quæ
inferioris sunt naturæ assimilari possunt. Quam-
obrem si caro est quæ mortem sustinuit, nobis
etiam qui in carne vivimus, facilius utique erit
morte mortem imitari. Sin vero divinitas mortua
est, quomodo commoriemur divinitati qui carni
sumus? Caro una cum carne moritur, et una cum
carne resurgit. Si autem divinitas, ut Apollinaris
vult, id passa sit, alias divinitates inquirere oportet,
quæ una cum divinitate moriantur et resurgant:
nam sicut Christus mortuus est et resurrexit, sic
et nos, inquit Apostolus ²⁸. Quid nos secundum
naturam nostram sumus? Divinane potentia, an
sanguis et caro, ut Scriptura dicit? Quamobrem
communicavit nobis, nostri causa, carne et sangui-
ne, qui propter nos similis nobis factus est. Quod
ergo nos sumus secundum essentiam, id etiam erat
is qui pro nobis mortuus est, cujus imitatio nobis
qui ejusdem ac ipse generis sumus, proponitur,
Porro impietatem opinionis quæ mortalem esse
divinitatem asserit, id quod nobis ipsis usu evenit,
clare demonstrat. Quid enim est illud quod in
communi hominum morte occidit atque corrup-
puit? Nonne caro quidem in terram resolvitur;
permanet autem cum anima permanet, neque in cor-
poris dissolutione, quantum ad essentiam pertinet,
læditur? Huic autem rei argumento est quod eor-
um qui adhuc in terris exstabant dives ille memi-
nit, precaturque Abraham pro his qui sibi genere
conjuncti erant. Profecto amentis nemo ascripserit
quod aliquam propinquo-um et necessariorum
curam gerat, postquam de rebus suis actum esse
cognovit. Si igitur mens nostra citra detrimen-
tum ullum, aut mutationem, post mortem quoque
permanet, quomodo consentaneum est tripartitum
illum Apollinaris Deum carnis mortem oppetiisse?
Quonam pacto mortuus est, vel ex morte disso-
lutionem est passus? Neminem enim prorsus lalet,

mio quoque probatam; nam in textu est ἐπιγραφῆ.

(31) Corr. κατὰ τὸ γένος.

(32) Corr. θάνατον αὐτὸν ὑπομεῖναι.

(33) Verba uncinis inclusa corr. supplevit.

(34) Corr. καὶ ἐν αὐτῇ.

semetipsa disjungitur, ut et ipsa mortem suscipiat? Si igitur anima nostra mortis capax non est, quomodo mortem recipere possit, dicant illi qui Christum in plures dissecant partes.

XXXI. *Sed turbantur, inquit, infidelium perturbatione.* Adversus nos contumeliis utitur, turbatos infideles nos vocans qui evangelica illa verba citra examen accipimus, *Si possibile est, transeat a me calix iste; verumtamen non mea, sed tua voluntas fiat* ⁹⁹. His autem sua propria adjungit verba, quæ ita se habent: *Et non recordantur*, ait, *voluntatem hanc non, sicut ipsi putant, terreni hominis propriam dictam fuisse, sed Dei, qui de cælo descendit.* Quisnam tale commentum unquam protulit? Non horum aliquem dico qui ob hæresim damnati fuere, sed nec ipsum falsitatis atque mendacii patrem aliquid adinvenire posse arbitror, quod atrociorum his, quæ Apollinaris protulit blasphemiam præ se ferat. Putasne, quæ loquitur nostrum ea scriptorem intelligere? Deus, qui e cælo descendit, propriam divinitatis voluntatem circumscribit, et non vult effici, quod illa vult. Ergo diversæ sunt Patris et Filii voluntates. Quomodo ergo erit communis in utroque voluntas? Quo pacto eandem esse naturam ex voluntatum diversitate demonstrari poterit? Necessè enim prorsus est voluntatem congruere naturæ, sicut alicubi Dominus ait, *Non potest arbor bona malos fructus, neque arbor mala bonos fructus facere* ¹⁰⁰. Naturæ autem fructus est voluntatis propositum, ita ut bonæ quidem bonum, malæ vero sit malum. Si itaque diversus in Patre et Filio voluntatis est fructus, necessario diversam esse utriusque naturam continentur. Cur igitur oppugnatur Arius? Cur ad Eudonimum non accedunt, qui Patris et Filii naturam dividens, simul cum natura voluntatem dividit, et ex eo potissimum eorandem substantiæ diversitatem astruit, quia dum inferiorem subjectumque, nempe Filium, a prælato cunctaque eccellente, hoc est Patre, separat, ipsam quoque divinitatis rationem simul discerpit?

XXXII. *Sed quod ab eo dictum est iterum repetamus.* *Non recordantur*, ait, *voluntatem hanc non, sicut ipsi putant, terreni hominis propriam dictam fuisse, sed Dei, qui de cælo descendit.* De quam voluntate scriptor noster loquitur? De ea profecto quam Dominus fieri non vult, dum ad Patrem ait, *Non mea voluntas, sed tua fiat* ¹⁰¹. Intelligitne in qualemsus sermo contradictionem incidat? Appropinquat passio, et proditor cum armatorum multitudine propemodum imminet, tumque hujusmodi precatio fit. Qui ita deprecatur, homone est,

⁹⁹ Luc. xxi, 42. ¹⁰⁰ Matth. vii, 18. ¹⁰¹ Luc. xxi, 42.

(35) Caput hoc cum sequenti, integrum refertur inter Patrum testimonia de duplici in Christo voluntate, ab apostolica sede ad sextam generalem synod. transmissa, in cujus actione decima recitantur, et ad patriarchii Constantinopolitani cod. conferuntur.

(36) Ita in editis. Vat. vero cod. legit αγαθόν.

(37) Corr. Πατρός τε καὶ Υἱού.

(35) Ἀλλὰ ταρασσονται, φησί, τὴν τῶν ἀπίστων ταραχὴν. Καθ' ἡμῶν χρῆται τῇ λοιδόρῃ, ταρασσομένους καὶ ἀπίστους ἀποκαλῶν τοὺς τῇ εὐαγγελικῇ φωνῇ ἀνεξέταστως προσέχοντας, ἢ φησιν. *Εἰ δυνατόν, παρελθέτω τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ' ἐμοῦ· πλὴν μὴ τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ σὸν γενέσθω θέλημα.* Τούτοις δὲ προστίθει τὴν ἴδιαν λέξιν ἔχουσαν οὕτως· *Καὶ οὐ μνημονεύουσι*, φησὶν, *ὅτι τὸ θέλημα τοῦτο ἴδιον εἰρηται, οὐκ ἀνθρώπου τοῦ ἐκ γῆς, καθὼς αὐτοὶ νομίζουσιν, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ τοῦ καταβάλλοντος ἐξ οὐρανοῦ.* Τί θν ἐξεύροι τις τοιοῦτον εἰπεῖν; Οὐ λέγω τούτων τινὰ τῶν ἐπὶ αἰρέσει κατεγνωσμένων· ἀλλ' οὐδ' αὐτὸν οἶμαι τὸν ἀσεβείας τε καὶ τοῦ ψεύδους πατέρα εὑρεῖν τι τῶν εἰρημένων εἰς βλασφημίαν δευνότερον. Ἄρα οἶδεν ὁ λογογράφος ἀφῆγγεται; Ὁ Θεὸς ἐξ οὐρανοῦ καταβάς τὸ ἴδιον τῆς θεότητος θέλημα παραγράφεται, καὶ οὐ βούλεται εἰς ἔργον ἔλθειν, ὅπερ βούλεται. Οὐκοῦν μεμέρισται τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πατρὸς τὰ θελήματα. Καὶ πῶς ἂν εἴη κοινὸν ἐπ' ἀμφοτέρων τὸ θέλημα; Πῶς δ' ἂν ἡ τῆς φύσεως ταυτότης τῇ διαφορᾷ τῶν θελημάτων ἐμφαίνοιτο; Ἀνάγκη γὰρ πᾶσα σύνδρομον εἶναι τῇ φύσει τὴν βούλησιν, καθὼς φησὶ που ὁ Κύριος, *Οὐ δύναται δένδρον καλὸν καρπὸς σονηροῦς ποιεῖν, οὐδὲ δένδρον σαπρὸν καρπὸς ἀγαθοῦς ποιεῖν· καρπὸς δ' ἂν εἴη φύσεως ἢ προαίρεσις, ὥστε ἀγαθῆς μὲν ἀγαθὴν (36) εἶναι, κακῆς δὲ τοιαύτην.* Εἰ οὖν διάφορος ἐπὶ Πατρὸς (37) καὶ Υἱοῦ ὁ καρπὸς τοῦ θελήματος, διάφορον ἐξ ἀνάγκης εἶναι καὶ τὴν ἑκατέρων φύσιν ὁμολογοῦσι (38). Τί οὖν πολεμεῖται ὁ Ἄρειος; Τί δὲ οὐκ αὐτομολοῦσι πρὸς τὸν Εὐνόμιον; ὅς διαιρῶν τοῦ Πατρὸς τε καὶ τοῦ Υἱοῦ τὴν φύσιν, συντέμνει (39) τῇ φύσει τὴν βούλησιν, καὶ διὰ τοῦτο μάλιστα κατασκευάζει τὸ τῆς οὐσίας ἀλλότριον, τῷ ὑποθέθηκόντι πρὸς τὸ προέχον συνδιασχίζων τὸν τῆς θεότητος λόγον.

Πάλιν δὲ τὸ παρ' αὐτοῦ ρηθὲν ἀναλάβωμεν. *Οὐ μνημονεύουσι* (40), φησὶν, *ὅτι τὸ θέλημα τοῦτο ἴδιον εἰρηται, οὐκ ἀνθρώπου τοῦ ἐκ γῆς, καθὼς αὐτοὶ νομίζουσιν, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ τοῦ καταβάλλοντος ἐξ οὐρανοῦ.* Ποῖον θέλημα φησὶν ὁ λογογράφος; Ὁ βούλεται δηλαδὴ (41) μὴ γενέσθαι ὁ Κύριος, λέγων πρὸς τὸν Πατέρα, *Μὴ τὸ ἐμὸν θέλημα, ἀλλὰ τὸ σὸν γενέσθω.* Ἄρα συνήσιν οἱα περιπέπτωκεν αὐτῷ ὁ λόγος (42) ἐναντιότητι; Ἐγγίζει τὸ πάθος, καὶ ὄσον οὕτω μέλλει (43) ὁ προδότης ἐφίστασθαι μετὰ τοῦ πλήθους, καὶ τότε γίνεται ἡ τοιαύτη εὐχή. Ὁ

(38) Corr. ὁμολογήσουσι. Sexta synod. δεῖ ὁμολογεῖν.

(39) Corr. συνδιατέμνει. Ita et sexta synod..

(40) Sexta synod. καὶ οὐ μνημονεύουσι, ut supra.

(41) Sexta synod. non habet adv. δηλαδὴ.

(42) Sexta synod. ποῖα πέπτωκεν αὐτοῦ ὁ λόγος, et ad marg. αὐτῷ.

(43) Corr. ὄσον δὲ μέλλει.

εὐχόμενος, ἄνθρωπος ἢ Θεός; Εἰ Θεὸν εἶναι (44) τὸν εὐχόμενον οἶσται, ἴσθην αὐτῷ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους ἐνορᾷ τὴν ἀσθένειαν. Πῶς οὖν Θεός, μηδὲν οἰκοθεν ἀγαθὸν ἔχων, ἀλλὰ τῆς ὑπερκειμένης συμμάχιας δεόμενος; Εἴτα καὶ πῶς καταγινώσκει ἡ θεότης τοῦ ἰδίου θαλάσματος; Ἀγαθὸν ἦν ἢ κακὸν, ὃ ἠθούλετο (45); Εἰ μὲν γὰρ ἀγαθὸν, διὰ τί οὐκ εἰς πέρας ἀγεται ὃ ἠθούλετο (46); Εἰ δὲ κακὸν, [(47) τίς πρὸς τὸ κακὸν] τῇ θεότητι ἢ οἰκείωσις; Ἀλλ' ὅπερ ἔφην, ὅτι οὐ συνίησιν (48) εἰς τὸ ἐναντίον περιτρέπων τὸν λόγον. Εἰ γὰρ τοῦ Μονογενοῦς ἐστὶ Θεοῦ ἡ φωνὴ ἢ λέγουσα, *Μὴ τὸ ἐμὸν θέλημα γενέσθω, ἀλλὰ τὸ σὸν*, αὐτὸς ὁ λόγος περὶ ἑαυτὸν, ἀεὶ διὰ τινος ἐναντιότητος στρέφεται (49), καὶ οὐδαμοῦ τὸ στάσιμον ἔχει. Ὁ γὰρ μὴ βουλόμενος (50) τὸ ἴδιον θέλημα γενέσθαι, αὐτὸ τοῦτο (51) βούλεται πάντως, τὸ μὴ γενέσθαι ὃ βούλεται. Πῶς οὖν ἡ εὐχὴ πρὸς πέρας ἀθῆσεται λέγοντος, ὅτι Τοῦτο θέλω ἵνα ὃ θέλω μὴ γένηται; Πρὸς τὸναντίον πάντως τοῦ σπουδαζομένου (52) περιτραπήσεται, καὶ ἀμνηχανήσει καθ' ἐκάτερον ὁ τῆς τοιαύτης ἐπαύων εὐχῆς. Ὅπερ γὰρ ἂν ποιήσῃ, πρὸς τὸ ἀβούλητον τῷ εὐχομένῳ περιτρέπεται τὴν ἔκδοσιν. Ποιήσεται ὃ βούληται (53) τοῦ εὐχομένου; Ἀλλ' ἡ εὐχὴ ἐστὶ τὸ μὴ γενέσθαι ὃ βούλεται (54). Μὴ ποιήσεται (55) ὃ βούλεται; Ἀλλὰ ὃ εὐχόμενος βούλεται γενέσθαι αὐτῷ (56), ὃ μὴ βούλεται ὥστε κατὰ πάντα τρόπον πάντη μεταλαμβάνόμενον ἀστατήσεται τὸ νόημα, αὐτὸ ἑαυτῷ μαχόμενον, καὶ ὑφ' ἑαυτοῦ καθαιρούμενον. Τῆς δὲ τοιαύτης κατὰ τὸν λόγον ἀμνηχανίας μία γένοιτο ἂν παραμυθία, ἢ ἀληθῆς τοῦ μυστηρίου ὁμολογία, ὅτι τὸ μὲν δειλιῶν πρὸς τὸ πάθος, τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας ἐστὶ, καθὼς φησι καὶ ὁ Κύριος, *Τὸ πνεῦμα πρόθυμον εἶναι λέγων, ἀσθενῆ δὲ τὴν σάρκα*. τὸ δὲ ἀνέχεσθαι (57) τὸ ἐξ οἰκονομίας πάθος, τῆς θείας ἐστὶ καὶ βουλῆς καὶ δυνάμεως. Ἐπειδὴ τοίνυν ἄλλο τὸ ἀνθρώπινον βούλημα (58), καὶ τὸ θεῖον ἄλλο, φθέγγεται (59) μὲν, ὡς ἐκ τοῦ ἀνθρώπου, τὸ τῆς ἀσθενείας (60) τῆς φύσεως πρόσφορον, ὃ τὰ ἡμέτερα πάθη οἰκειωσάμενος· ἐπάγει δὲ τὴν δευτέραν φωνὴν, τὸ ὑψηλὸν τε καὶ θεοπρεπὲς βούλημα κυρωθῆναι παρὰ τὸ ἀνθρώπινον ὑπὲρ τῆς τῶν ἀνθρώπων

an Deus? Si Deum esse qui deprecatur existimat, parem in ipso imbecillitatem atque in hominibus conspiciat. Quomodo igitur erit Deus, qui nullum ex se ipso bonum habet, sed superno auxilio indiget? Deinde quomodo divinitas propriam voluntatem reprobatur? Bonumne erat, an malum, quod volebat? Si enim bonum, cur ad exitum perducitur quod volebat? Si vero malum, quænam cum malo divinitati conjunctio intercedit? Sed, quod antea dixi, non animadvertit auctor in contrarium ac intendit sensum sermonem suum converti. Quippe si Unigeniti Dei vox est, quæ dicit: *Non mea voluntas fiat, sed tua*, sermo iste contrarietate quadam semper in seipsum vertitur et nullatenus sibi constat. Qui enim non vult propriam voluntatem fieri, hoc ipsum vult omnino, ut quod vult id nequaquam fiat. Quomodo ergo effectum sortietur precatio dicentis: *Hoc volo, ut quod volo non fiat*? Sane circa contrarium prorsus ei quod intendit precatio versabitur, et circa utrumque hæsitabit qui hujusmodi preces exaudit. Quidquid enim fecerit, semper precatum voluntati contrarius erit eventus. Faciet voluntatem orantis? Sed hic orat ut minime fiat quod vult. Non faciet quod vult? Sed qui orat, sibi vult fieri quod non vult; ita ut quocumque modo, et quocumque sensu accipiatur, nunquam ejus sensus constabit, cum sibimet repugnet, et a semetipso destruat. Porro perplexam adeo sermonis hujus ambiguitatem explicare tantummodo poterit veri mysterii confessio, quod nempe passionem quidem formidare, humanæ imbecillitatis est, sicut etiam ait Dominus, *spiritum promptum esse dicens, carnem autem infirmam*; sufferere vero eandem ex dispensatione passionem, divini consilii atque virtutis est. Quoniam igitur alia est humana voluntas, alia vero divina; qui proprias sibi fecit infirmitates nostras, loquitur quidem ut homo quæ infirmitati congruunt; subjungit vero posteriora verba quibus sublimem Deoque dignam voluntatem potius quam humanam, propter salutem hominum ratam haberi vult. Nam cum dixit, *Non mea*, humanam his verbis significavit; cum autem sub-

¹¹ Matth. xxvi, 41.

(44) Corr. ἢ Θεὸν εἶναι, et mox, ἢ ἴσθην.

(45) Corr. ἠθούλετο.

(46) Corr. ὃ ἠθούλετο, ut supra. Hæc tamen verba desunt quidem in vulgato sextæ synod. Græco textu; sed habentur in Latina veteri versione.

(47) Quæ semicirculis includuntur addita sunt a corr. et reperiuntur quoque in sexta synod.

(48) Velut sextæ synod. Latinus interpr. vertit: *Sed quod dixi, quis non intelligit, quod in contrarium circumvertit illum sermonem?* ac si Græce esset, τίς οὐ συνίησιν, etc.; sed ejusdem synod. textus Græcus cum Vat. cod. lectione concordat.

(49) In textu Vat. cod. legitur, περὶ ἑαυτοῦ ἀεὶ διὰ τινος γράφεται. Corr. emendavit, περὶ ἑαυτὸν ἀεὶ διὰ τινος ἐναντιότητος γράφεται, et in marg. add. γρ. καὶ στέφεται. Nobis huic postremæ similem lectionem, quæ in sexta etiam synod. exhibetur, utpote clariore, sequi visum est.

D (50) Ita corr. et synod. sexta; male in textu cod. Vat. εἰ γὰρ βουλόμενος.

(51) Et hic secuti sumus antiqui corr. et sextæ synod. lectionem; nam in Vat. cod. textu est γίνεσθαι.

(52) Ita corr. et sexta synod.; sed in Vat. cod. textu legitur, τὸ σπουδαζόμενον.

(53) Corr. τὸ θέλημα; sexta synod. ποιήσῃ τὸ θέλημα.

(54) In sexta synod. ὃ βούληται.

(55) Corr. et sexta synod. μὴ ποιήσῃ.

(56) In sexta synod. legitur αὐτό.

(57) In sexta synod. ἀναδέχεται.

(58) Corr. θέλημα. Ita et sexta synod.

(59) φθέγγεται — διὰ τὴν κοινωνίαν τῆς φύσεως. Hæc recitat S. Joannes Damascenus lib. *De duab. volunt.*, cap. 35, opp. tom. I, pag. 548, sqq.

(60) Τὸ τῆς ἀσθενείας. Damasc. τὸ τῆς ἀσθενείας.

innox, *Tua*, conjunctionem divinitatis suæ cum Patre denotavit, in qua nulla est voluntatis differentia ob communionem naturæ; nam cum Patris voluntatem dixit, Filii quoque voluntatem designavit. Hæc autem est omnes homines velle salvos fieri et ad cognitionem veritatis venire⁶¹, quod aliter fieri non poterat, nisi morte absorpta, quæ ad vitam pervenire præpediebat. Humilia autem humanæ formidinis verba atque affectiones sibi asciscit Dominus, ut ostendat vere in seipso voluntatem nostram habuisse, ex affectionum communionem humanam in se naturam esse confirmans. αὐτὸν τὸ ἡμέτερον, ἐκ τῆς τῶν παθημάτων κοινωνίας

XXXIII. *Atqui, ait Apollinaris, terreni hominis non erat, sicut ipsi putant, quod in ejus unione assumptum fuerat, sed Dei, qui de cælo descendit.* In his autem verbis elocutionis defectus et obscuritas efficit ut qui nuda verba attendit, auctoris mentem non assequatur, nisi quod sermonis confusione. ejus sensus ex toto non occultatur. *Non sunt terreni hominis, inquit, voces illæ quæ humanas passiones expriment, sed Dei qui de cælo descendit.* Ex his quæ hætenus diximus, patet Apollinarem in id unum intendere, ut scilicet divinitatem passibilem esse demonstrat. Mox locutionis absurditate mentis suæ sensu confundit; nam postquam dixit, *Dei qui de cælo descendit*, statim subdit, *Quod in ejus unionem assumptum fuerat.* Quæ verba non nemo clariori sensu reddens dixerit, Non erat homo qui loquebatur, sed Deus per hominem loquebatur, qui in sui ipsius unionem quod apparebat assumpsit. Undenam igitur assumptus fuit homo ille? Ex terra? Negat. At si in cælis existit, ex hominibus non est. Superstitiaque ut nullo ex loco advenisse dicat; qua cum assertionem simul astruitur, opinione tantummodo, non veritate existisse quod apparebat: quod enim ex nullo loco est, id nec prorsus existit. Atqui ex his quæ subjungit verbis, hominem illum e cælo descendisse dicit. Et sane in terra existit Maria, et in terra spelunca existit, terrenum et præsepe. Quomodo ergo hic hominem e cælo in terram deducit? Nam cum omnis Scriptura fateatur Virginem, partum, carnem, fascias, ubera, præsepe omnemque apparatus humanum; hic omnibus istis rejectis, alium nobis confangit hominem cujusvis originis expertem nulleque affinitate cum natura nostra conjunctum.

XXXIV. Porro convicia illa quæ suis sermonibus inserit, ratus dogmatis sui falsitatem veritati

⁶¹ I Timoth. II, 4.

(61) Corr. ὅτι μὴ τό, et μοχ, ἐσήμενε.

(62) In sexta synod. καὶ ἐδειξε.

(63) In sexta synod. ὁ γὰρ.

(64) Ita corr. legit. Ita et sexta synod., quæ tamen pro καταποθέντος habet καταγονισθέντος. In Vat. autem cod. antea erat, τῷ θανάτῳ.

(65) In sexta synod. τὸ δὲ ταπεινὸν, εἰ μοχ, καὶ ῥήμα.

(66) Corr. ἀληθῶς, atque ita legisse videtur ve-

σωτηρίας θέλων. Ὁ γὰρ εἰπὼν, *Μὴ τό* (61) ἐμίγ, τὸ ἀνθρώπινον τῷ λόγῳ ἐσήμενε. Προσελθὼς δὲ, *Τὸ σὸν, εἰδειξ* (62) τὸ συναφεῖς τῆς ἑαυτοῦ πρὸς τὸν Πατέρα θεότητος, ἧς οὐδέμια θελήματός ἐστι διαφορά διὰ τὴν κοινωνίαν τῆς φύσεως· τὸ γὰρ (63) τοῦ Πατρὸς εἰπὼν θέλημα, καὶ τὸ τοῦ Υἱοῦ ἐνεδειξάτο. Τοῦτο δὲ ἐστὶ τὸ πάντας ἀνθρώπους θέλειν σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν· ὅπερ οὐκ ἦν ἄλλως γενέσθαι, μὴ τοῦ θανάτου καταποθέντος (64), τοῦ πρὸς τὴν ζωὴν ἐμποδίζοντος. Τὰ δὲ ταπεινὰ (65) τῆς ἀνθρωπίνης δειλίας καὶ ῥήματα, καὶ πάθος οικειοῦται ὁ Κύριος, δεικνύς ὅτι ἀληθῆς (66) ἦν περὶ τὴν φύσιν πιστούμενος.

'Αλλ' οὐκ ἦν, φησὶν ὁ Ἀπολιναριος, ἀνθρώπου τοῦ ἐκ γῆς, ὡς αὐτοὶ νομίζουσι, ἀλλὰ Θεοῦ τοῦ καταβάτος ἐξ οὐρανοῦ, τὸ εἰς ἔνωσιν αὐτοῦ προσειλημμένον. Ἐν τούτοις δὲ, τὸ μὲν ἀτονὸν τε καὶ ἀσήμαντον τῆς ἔρημνείας; παράγει τῆς κατὰ τὸν ν.ῦν ἀκολουθίας τὸν (67) τοῖς γεγραμμένοις ἐπόμενον, πλὴν οὐ παντελῶς ἀποκέρυπται ἡ διάνοια τῆ (68) συγχύσει τῆς λέξεως. Οὐκ ἀνθρώπου, φησὶ, τοῦ ἐκ γῆς εἰσὶν αἱ περιπαθεῖς ἐκείναι φωναί, ἀλλὰ Θεοῦ τοῦ καταβάτος ἐξ οὐρανοῦ. Μέχρι τούτου δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων τὸ βούλημα, ὅτι τὴν θεότητα ἐμπαθῆ εἶναι κατασκευάζει. Εἶτα συγγεῖ τῆ ἀτοπίᾳ (69) τῆς λέξεως τὴν διάνοιαν. Εἰπὼν γὰρ, ὅτι Θεοῦ τοῦ καταβάτος ἐξ οὐρανοῦ, προστίθησι τὸ, *Εἰς ἔνωσιν αὐτοῦ προσειλημμένον.* Ὡς ἂν τις ἐπὶ τὸ σαφέστερον μεταβαλὼν (70) εἴποι τὸν λόγον, ὅτι Οὐκ ἀνθρώπος ἦν ὁ λαλῶν, ἀλλὰ Θεὸς διὰ τοῦ ἀνθρώπου ἐφθέγγετο, ὁ εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἔνωσιν προσλαβὼν τὸ φαινόμενον. Πόθεν οὖν προσελήχθη (71) ἐκεῖνος ὁ ἀνθρώπος; Ἐκ γῆς; Οὐ φησὶ. Ἐν οὐρανοῦς ἐκ γενόμενος, ἀνθρώπων (72) οὐκ ἐστὶ. Λείπεται τὸ μηδαμόθεν λέγειν, ᾧ συγκατασκευάζεται, τὸ δόκησιν τὸ φαινόμενον εἶναι, καὶ οὐκ ἀληθεῖαν· τὸ γὰρ μηδαμόθεν ἂν, οὐδὲ ἐστὶν ὄλω. Ἀλλ' ἐξ ὧν παρέθετο λόγων, ἐξ οὐρανοῦ καταβηθέναι τὸν ἀνθρώπον λέγει. Καὶ μὴν ἐπὶ γῆς ἡ Μαρία, καὶ ἐν γῆ τὸ σπήλαιον, καὶ γῆνη ἡ φάτνη. Καὶ πῶς ἡμῖν αὐτὸς (73) οὐρανὸν ἀνθρώπον ἐπὶ τὴν γῆν μετοικίσει; Πάσης γὰρ ὁμολογούσης Γραφῆς τὴν Παρθένον, τὸν τόκον, τὴν σάρκα, τὰ σπάργανα, τὴν θηλήν, τὴν φάτνην, τὴν ἀνθρωπίνην διασκευὴν, οὗτος πάντα καταλιπὼν, ἕτερον ἀνθρώπον ἄρριζον καὶ ἀσυναφεῖ πρὸς τὴν ἡμέτεραν φύσιν ἀναπλάσσει τῷ λόγῳ.

'Αλλ' ὅσας διὰ μέσου λοιδορίας τοῖς λόγοις συμπλέκων, διὰ τούτων οἴεται κρατύνειν τὴν ἀτοπίαν τοῦ

tus synod. sextæ interp. Nec in vulgatis ejusdem exemplaribus sit ἀληθῆς.

(67) Ita corr.; antea τό.

(68) Corr. ἐν τῆ.

(69) Corr. ἀτονίᾳ.

(70) Ita corr.; antea legebatur, μεταλαβὼν.

(71) Ita corr.; in cod. est, προσελήθη.

(72) Legendum videtur ἀνθρώπος.

(73) Corr. οὗτος.

δύγατος, δι' ὧν ἂν σφοδρότερον ἡμῶν ταῖς βλασφη-
μαίαις καθικνεῖται (74), παριδεῖν οἶμαι χρῆναι τὸν γε
νοῦν ἔχοντα, καὶ τῇ ἀκοῇ τῶν ἐντυγχανόντων ἐπιτρέ-
ψαι τὴν κρίσιν, τίνες οἱ πρᾶξαράχται τῆς ἀποστο-
λικῆς εἰσι πίστεως, ἡμεῖς οἱ κατὰ τὴν τοῦ Παύλου
φωνῆν γνόντες μὲν κατὰ σάρκα Χριστὸν, νῦν δὲ οὐκ
ἔτι γινώσκοντες· ἢ ὁ πάντοτε, καὶ πρὸ τῆς κατὰ
ἄνθρωπον οἰκονομίας, καὶ μετὰ τοῦτο τὸν σάρκινον
ἑαυτοῦ Θεὸν περιφέρων τῷ λόγῳ· προστίθησι (75) δὲ
τὴν παρὰ τῶν Ἰουδαίων γεγεννημένην κατ' αὐτοῦ
βλασφημίαν, τὴ φάγον οὐτὸν λέγεσθαι παρ' ἐκεῖ-
νων καὶ οἰνοπότην, καὶ φησὶ ἀναγκαῖα εἶναι ταῦτα
ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου (76). Τίς οὖν ὁ ἄνθρωπος ὁ παρὰ
τῶν Ἰουδαίων ἐπὶ βρώσει τε καὶ τῇ πόσει ὀνειδιζό-
μενος; Μετέχων τούτων, ἢ ἀμέτοχος ὢν; Ἄλλ' εἰ
μὲν μὴ μετέχε, δόκησις ἦν· εἰ δὲ μετέχε, γήινον τὸ
μετεχόμενον· τὸ δὲ οὐράνιον διὰ τῶν γῆινων οὐ τρέ-
φεται. Ὡς τῆς τῶν ἀτόπων ἐναντιότητος! Πῶς ἐν τῷ
αὐτῷ τοῖς ἐναντίοις καταβάλλεται πῶμασι! Νῦν
μὲν λέγει, κρείττονα τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως εἶναι
τὸν σωματικῶς προφαινόμενον (77). Πάλιν δὲ καὶ
τῶν ἀνθρώπων καταδεέστερον δείκνυσιν, ἡκρωτη-
ρισμένον τῷ κρείττονι. Ἰὼν γὰρ ἐν ἡμῖν τὸ ὑπερ-
έχον ἐστὶν ἡ διάνοια, ἣς ἄμοιρον εἶναι τὴν σάρκα
λέγει, ἐν ἣ ὁ Θεὸς ἐφανερώθη· καὶ τοῦτο σαφῶς διὰ
τῶν ἐφεξῆς ἀγώνων κατασκευάζων, ἐφ' ὧν εἰ μὴ τις
περὶ τὸν ἡγοῖτο τὴν ἐπιμελῆ τῶν ματαίων ἐξέτασιν,
δι' ὀλίγων τοῖς εἰρημένοις ἐπιδραμούμεθα. Πάλιν γὰρ
πληθος ὕδρων ἐπαντήσας τῇ συγγραφῇ, τοιοῦτον
καθ' ἡμῶν λόγον προτείνεται, ἀδικεῖν λέγων τοὺς ταύ-
τῶν εἶναι φάσκοντασ σαρκὸς ἔνωσιν καὶ ἀνθρώπου
πρόσληψιν. Ἐγὼ δὲ κἂν ἀγροικότερον εἶναι δοκῇ τὸ
λεγόμενον, οὐκ ἐπικρύψομαι τὴν ἀλήθειαν, ὅτι οὐδ'
ἕτερον τῶν εἰρημένων ὁ καθ' ἡμᾶς ἰδιωτισμὸς δι'
ἀκριβείας συνίστησι. Τί γὰρ διαφέρει σαρκὸς ἔνωσις καὶ
ἀνθρώπου πρόσληψις, οὐτωσὶ κατὰ τὸ πρόχειρον ἐρμη-
νεύειν οὐκ εὐπορον, διότι πολλαχῶς νοεῖται ἡ ἔνωσις
καὶ ἀριθμῷ, καὶ εἰδει, καὶ φύσει, καὶ ἐπιτηδεύμασι, καὶ
μαθήμασι, καὶ τοῖς κατὰ κακὰ, ἢ ἀρετὴν (78) ἰδιώμασι
καὶ ἐπιτηδεύμασι. Τίς οὖν ἐστὶν ἡ τῆς σαρκὸς ἔνωσις,
εἴτε πρὸς ἑαυτὴν, εἴτε πρὸς ἕτερον ἐνουμένη (79), τῶν
ἐρμηνευόντων τὸν λόγον δεόμεθα. Ἡ τε τοῦ ἀνθρώ-
που πρόσληψις πῶς γίνεται, ποίου, καὶ πόθεν, καὶ
πῶς, καὶ παρὰ τίνας, καὶ τίνα τρόπον προσειλημμέ-
νου, (80), ἐπίσης τῷ παραλθόντι ἡμῖν (81) ἐν τοῖς
ἀγνοουμένοις ἐστίν. Ἔως γὰρ ἂν μὴ τῷ θεῷ τῆς
Γραφῆς ἄλατι τὸν περὶ μυστηρίου λόγον (82) ἐπαρ-
τύων προφέρῃ, τὸ μεμωραμένον τῆς ἐξω σοφίας
ἄλας πατεῖσθαι παρὰ τῶν πιστῶν καταλείψωμεν. Τίς
τῶν εὐαγγελιστῶν σαρκὸς ἔνωσιν διηγῆσατο; Ποῖον
δὲ τῶν ἀποστολικῶν διηγημάτων τὴν τοῦ ἀνθρώπου

A per ea præpollere posse, per quæ nos maledictis
acrius impetit, contemnenda esse arbitror cuique
sana mente prædico, ac lectorum iudicio relinquen-
dum, quinam vere apostolicam fidem adulterent :
nosne qui juxta Pauli verba ⁷⁴ cognovimus quidem
secundum carnem Christum, nunc vero jam non
cognoscimus, an iste, qui semper tum ante tum
post dispensationem quæ humanæ naturæ assump-
tione facta est, Deum carne præditum a se confit-
ctum prædicat. Addit autem his quæ modo dixit,
Judæorum adversus Christum blasphemiam, qua
ipsum voracem hominem et vini potatorem voca-
bant, atque hæc necessario esse de homine dic-
cenda. Equis igitur homo ille est cui ab Judæis
potus cibique aviditas exprobratur? Cibone, potu-
que utebatur, an secus? Atqui si non utebatur,
inanis ille et simulata species erat; sin autem ute-
batur, terrenus utique erat cibus ille atque potus,
quem capiebat; quod autem cœlestis est, terrenis
rebus non alitur. O miram absurdarum rerum re-
pugnantiam! Ut circa unam eandemque rem in
contrarios errores delabatur! Modo quidem asserit
eum, qui corpore præditum apparebat, præstantiorem
humana exstitissæ natura. Mox vero eundem ho-
minibus inferiorem exhibet, ac potiore sui parte
mutilatum. Cuncta enim quæ in nobis sunt, mens
dignitate præcellit, cujus expertem esse carnem, in
qua Deus manifestatus est, asserit; idque multis
deinceps conatibus palam astruit, in quibus modo,
ne quis stulta atque inepta accurate discutere su-
pervacaneum existimet, quæ ab ipso dicta sunt
breviter percurreremus. Rursus enim magna injuria-
rum copia suam scriptionem referens, talem
adversus nos sermonem in melium profert, ut im-
pie eos sentire dicat qui unum idemque esse aiunt,
carnis unionem et hominis susceptionem. Ego
autem etsi rusticus loqui videar, veritatem non abs-
condam, neutrum nempe eorum quæ modo dicta
sunt nostræ linguæ idiotismo exacte comprobari.
Quid enim differant carnis unio et hominis sus-
ceptio, haud ita in proclivi est verbis explicare,
quandoquidem multifariam variisque in rebus unio
consideratur, in numero scilicet, in specie, in na-
tura, in institutis, in doctrinis, in malitiæ vel vir-
tutis proprietatibus, et erga alterutram studiis. In-
terpretum itaque explicatione nobis opus est, ut in-
telligamus quænam sit hæc carnis unio, sive cum
semetipsa sive cum alio inita. Homini etiam sus-
ceptio quomodo, ex quali, et unde fiat, ac præterea
quomodo, undenam, et quanam ratione homo
susceptus sit, æque ac præcedentia nobis ignotum

⁷⁴ II Cor. v, 16.

(74) Corr. καθικνεῖται.

(75) Corr. προστιθείς.

(76) Locum hunc usque ad illa verba διὰ τῶν
γῆινων οὐ τρέφεται, laudat Euthymius in toties lau-
data Panoplia adversus hæreses parte II, tit. XIII,
pag. 526, vers. Christus.

(77) Ita corr., antea autem erat τὸ σωματικῶς
προφαινόμενον.

(78) Ita corr., prius erat κατὰ κακὴν ἀρετὴν :
mala lectio.

(79) Corr. ἐνουμένως.

(80) Ita corr. antea προσειλημμένος.

(81) Corr., παραλθόντι καὶ τούτο ἡμῖν.

(82) Corr. περὶ τοῦ μυστηρίου τὸν λόγον. Et mox
ἄλα.

est. Nam quoadi divinæ Scripturæ sale conditum de hoc mysterio sermonem non proferet, evanidum externæ sapientiæ salem fidelibus conculcandum relinquemus. Equisnam evangelistarum carnis unionem commemoravit? Quænam apostolica scripta hominis susceptionem hisce quibus utitur verbis nos edocuerit? Quæ lex, qui prophetæ, quænam a Deo inspirata Scriptura, quænam synodica sanctio tale quid nobis custodiendum, commisit? Cæterum ex his duobus verbis, unionem videlicet carnis, et susceptionem hominis, unum quidem nobis ascribit, aliud vero sui proprium esse dicit; utrum autem horum sibi vindicet, adhuc ambigimus. Nos enim vel neutrum eorum verborum usurpamus, vel utrumque; propterea quod nulla in re alterum ab altero differre deprehenditur. Nam et unio cum aliqua re fit, et susceptio non nisi alicujus rei susceptio est; utrumque autem relationem ad alterum denotat; qui enim suscipit, cum suscepto unitur, et quod unitur, utique per susceptionem copulatur.

XXXV. Sed duas personas, Deum et a Deo susceptum hominem nos dicere ille asserit; se vero haud ita prorsus sentire, quinimo dicere incarnatum fuisse Christum, eumque non esse ab incorporeo diversum, sed unum eundemque ad similitudinem nostræ quam in carne vivimus vitæ. Adhuc nugas suas per ea, quæ stare nequeunt, nobis edisserit. Carneus ejus Deus simplex natura esse non potest; nemo enim est qui in carne simplicitatem possit conspici. Quod autem simplex non est, compositionis expertus esse nequit. At iste unum esse dicit, eodem prorsus modo ac unusquisque nostrum unus est, qui ex corpore, inquit, spiritu et anima constamus. Novum numeri genus nunc primum addiscimus, unum ea esse edocti quæ in tria diversi generis dividuntur. Sed in aliud tempus sermonem de spiritu, quem Apollinaris confugit, differamus. Nos vero crassiorem hominis divisionem qua plerique utuntur edocti, ex anima intelligente et corpore hominem constitui fatemur. Quomodo itaque dicemus duo unum esse, cum Apostolus manifeste duos homines in unoquoque nostrum observet, dum inquit, *Licet is, qui foris est, noster homo corrumpitur*, corpus intelligens, *tamen is qui intus est, renovatur de die in diem*⁸⁵, animam his verbis subobscurè innuens. Atqui si tres erant secundum Apollinarem homines, duos omnino invisibiles et unum visibilem stauisset Apostolus; ita ut quantumvis ille juxta divisionem nostram humanæ naturæ exemplo ad firmandam suam uteretur, unum vocans quæ duo sunt, a Paulo nihilominus hominem duas in partes dividente refelleretur. Quoniam itaque exemplo ex humana natura desumpto proprium suum dogma confirmat, hoc semel everso, et illud quod de Christo censet, una prorsus confutatur. Quod autem asse-

⁸⁵ II Cor. iv, 16.

(83) Pron. ἡμῖν corr. add.

(84) Corr. ἀποσημαίνει.

(85) Ita ex corr. emendatione; nam in textu erat τὸν πατέρα.

(86) Et hic corr. emendationem secuti sumus;

πρόσληψιν, οὕτως κατὰ τὴν λέξιν ἐδίδαξε; Τίς νόμος, ποῖοι προφήται, τίς θεόπνευστος λόγος, ποῖον συνόδου δόγμα, τοιοῦτον ἡμῖν (83) παρακατέθετο; Ἐκ τούτων τοίνυν τῶν δύο ῥημάτων τὸ μὲν ἡμῖν προσνέμει, τὸ δὲ ἴδιον εἶναι λέγει· πότερον δὲ τούτων ἑαυτοῦ ποιεῖται, μέχρι τοῦ νῦν ἀμφιβάλλομεν. Ἡμεῖς γὰρ ἢ οὐδ' ἕτερον οἰκετούμεθα, ἢ ἀμψότερα, διὰ τὴν μηδεμίαν ἐν θεατέρῳ πρὸς τὸ ἕτερον διαφορὰν ἐξευρίσκων. Ἡ τε γὰρ ἔνωσις πρὸς τι γίνεται, ἢ τε πρόσληψίς τινος πάντως ἐστίν· ἐκάτερον δὲ τὴν πρὸς ἕτερον σχέσιν ὑποσημαίνει (84), καὶ ὁ προσλαβὼν ἦνται τῷ πρόσληφθέντι, καὶ τὸ ἐνωθὲν διὰ πρόσληψιως ἦνται.

Nam et unio cum aliqua re fit, et susceptio non nisi alicujus rei susceptio est; utrumque autem relationem ad alterum denotat; qui enim suscipit, cum suscepto unitur, et quod unitur, utique per susceptionem copulatur.

ζ'. Ἐπεὶ οὖν εἰρηται τῆς θείας φύσεως εἶναι τὸ Πνεῦμα, καὶ καλῶς εἰρηται, πᾶσα δὲ μεγαλοπρεπῆς ἐννοία τῷ ὀνόματι τούτῳ καθὼς εἰρηται συνεμφαίνεται, ὁ ἐκεῖνο θεὸς τῇ δυνάμει, συνωμολόγησε τὰ λειπόμενα, τὸ καὶ ἔνδοξον εἶναι καὶ δυνατὸν καὶ εἰ τι πρὸς τὸ κρείττον φέρει τὴν σημασίαν. Οὐδὲ γὰρ φύσιν ἔχει μὴ ὁμολογεῖσθαι ταῦτα περὶ τοῦ Πνεύματος· διὰ τὸ ἀπεμαρτίνον τῶν ἀντιδιαστέλλομένων τοῖς τοιοῦτοις ὀνόμασιν· ὁ γὰρ ἔνδοξον καὶ διδοῦς, δόξον δώσει· καὶ ὁ τὸ δυνατὸν ἀδελτῶν ἐπ' αὐτοῦ, τῷ ἐναντίῳ συνθήσεται. Ὡσαύτως καὶ περὶ τοῦ τιμίου καὶ ἀγαθοῦ· καὶ τὰ πρὸς τὰ κρείττονα εἰ μὴ παραδέχοιτο, τὰ ἐναντία πάντως ὁμολογήσει. Εἰ δὲ φρικτὸν τοῦτο, καὶ πάσης ἀτοπίας καὶ βλασφημίας ἐπέκεινα, θῆλον εἶτι τοῖς εὐσημοτέροις ὀνόμασι τε καὶ νοήμασι περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος οἱ εὐσεβοῦντες συνθήσονται, καὶ ἐροῦσιν εἶναι ταῦτα ἃ δὴ πολλαῖς εἰρήκαμεν, τίμιον, δυνατὸν, ἔνδοξον, ἀγαθόν, καὶ εἰ τι ἄλλο τῶν πρὸς εὐσεβείαν συντεινόντων λέγεται. Ταῦτα δὲ οὐκ ἀτελῶς προσεῖναι τῷ Πνεύματι, οὐδὲ περιωρισμένον ἔχοντα τοῦ καλοῦ τὴν ποσότητα, ἀλλ' ἐπὶ τὸ ἀπειρον ταῖς κλήσεσι συμβαίνοντα· οὐ γὰρ μέχρι τινὸς τίμιον, εἶτα ἄλλο τι νοεῖται παρὰ τὸ τίμιον, ἀλλ' αἰ τοιοῦτον. Καὶ εἰ κατόπιν τῶν αἰώνων λογίζοιο, καὶ εἰ πρὸς τὸ ἐφεξῆς ἀποβλέπῃς, ἐν οὐδενὶ τὸ λείπον εἰς τιμὴν ἢ δόξαν ἢ δυνάμιν ἐξευρήσεις, ὡς ἢ κατὰ προσθήκην αὐξῆσθαι, ἢ ἐλαττωθῆναι δι' ὑφαιρέσεως. Οὐκ οὖν εἰ ὅλον δι' ὅλον τέλειον, ἐν οὐδενὶ δέχεται τὴν ἐλάττωσιν. Καθ' ὃ γὰρ ἂν μειωθῇ περὶ τὴν τοιαύτην ὑπόνοιαν ἢ τελειότητα, κατ' ἐκεῖνο δώσει χώραν ταῖς ἀτιμοτέραις τῶν ὑπολήψεων· τὸ γὰρ μὴ τελείως τίμιον, μέρει τινὶ τοῦ ἐναντίου μετέχειν ὑπονοεῖται. Εἰ δὲ τοῦτο καὶ μέχρις ἐννοίας λαβεῖν, τῆς ἐσχάτης παραπληξίας ἐστὶ, καλῶς ἔχει πάντως ἀόριστον αὐτῷ καὶ ἀπερίγραπτον καὶ κατ' οὐδὲν μέρος ἡλαττωμένην προσμαρτυρεῖν τὴν ἐν τοῖς ἀγαθοῖς τελειότητα.

η'. Εἰ δὴ τοιοῦτόν ἐστιν, ἐφεξῆς ὁ λόγος καὶ περὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ ἴσον διασκεψάσθω, καὶ περὶ τοῦ Πατρὸς ὡσαύτως. Ἄρ' οὐχὶ τὸ τέλειον ὁμολογεῖ τῆς τιμῆς καὶ ἐπὶ τοῦτου καὶ ἐπ' ἐκεῖνου; Πάντας οἶμαι τοὺς νοῦν ἔχοντας τοὺς εἰρημένους συνθήσεσθαι. Εἰ οὖν τελεία τοῦ Πατρὸς ἢ τιμὴ, τελεία δὲ καὶ τοῦ Υἱοῦ, προσμαρτυρήθη δὲ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι τῆς τιμῆς τὸ τέλειον, διὰ τί νομοθετοῦσιν ἡμῖν οἱ καινοὶ δογματι-

est, ne homo quidem prorsus est. Quod si hominem esse conceditur, cur de illa re dubitatur, quæ homini inhærens esse intelligitur? Sic ergo si vere de Spiritu loquitur, qui Deum hunc dicit, ne ille quidem mentitur, qui hunc gloriosum, bonum, potentemque esse definit: nam deitatis notionem cuncta hæc cogitata comitantur: ita ut alterutrum e duobus sit necessarium, vel Deum non dicere, vel nullam Deo dignarum notionum subtrahere. Propterea oportet utramque rem simul complecti, nempe et divinam naturam cum congruo de eâ iudicio, et orthodoxas circa divinam atque omnia excedentem naturam notions.

7. Quia igitur dictum est, et recte quidem, divina Spiritum pollere natura, qualibet autem magnifica notio cum huiusmodi appellatione, prout diximus, elucet: qui hanc ei concedit virtutem, confitetur et reliqua, nempe et gloriosum esse et potentem, et quidvis aliud melioris rei significatum habet. Neque enim possibile est non confiteri hæc de Spiritu, propter contradictionem illorum quæ his opponuntur vocabulorum. Nam qui gloriosum esse non concedet, inglorium affirmabit; qui potentiam ei negaverit, contrarium annuet. Idem fiet de honore ac bonitate; ac nisi majora quis admittat, contraria omnino fatebitur. Quod si hoc horrendum est, et supra omnem absurditatem atque blasphemiam, constat æquum esse ut gloriosioribus titulis atque conceptibus circa Spiritum sanctum orthodoxi utantur; dicantque id quod nos inculcavimus, eum esse honorabilem, potentem, gloriosum, bonum, et quidquid aliud ad rectum cultum spectare videatur. Hæc autem haud imperfecta Spiritui insunt, neque definitam habent excellentiæ quantitatem, sed in immensum appellationes suas extendunt: non enim aliquatenus honorabilis Spiritus est, et deinde aliud quid in eo citra honorationem sequitur, sed semper huiusmodi est. Et si sæcula retro reputes, et si futura prospicias, nullatenus eum desiderasse honorem aut gloriam aut potestatem comperies, ita ut vel additamento augeri, vel subtractione minui potuerit. Ergo si quaqueversus perfectus est, nulla in re minorari potest. Etenim in quo circa hanc sui notionem minorabitur, illic ansam præbebit indigniori de se opinioni; nam quod perfecte non est honorabile, rem contrariam aliquantum participare videbitur. Quod si hoc vel in mentem tantum admittere summæ insanix est, bene est ut omnino consteamur infinitam esse in Spiritu et incircumscripam, ac nullatenus mutilam bonorum omnium perfectionem.

8. Quod si talis est Spiritus, deinceps de Filio quoque pari ratione, itemque de Patre, dispiciamus. Nonne perfectum tum huius tum etiam illius honorem esse fatemur? Omnes existimo, qui mente sunt præditi, dicto huic assensuros. Si ergo perfectus est Patris honor, perfectus item Filii, et sancto quoque Spiritui perfectus honor confessione nostra tribuitur, cur hi necoterci dogmatistæ nobis

præcipiunt non oportere parem illi honorem decernere ac Patri et Filio? Nos certe disquisitioni nostræ consentanei, id quod nullo additamento ad perfectionem indigeat, minus honorabile quam quodvis alterum, neque dicere possumus neque cogitare. Cujus enim excessum ratiocinium nostrum non invenit, quanquam nihil ei perfectionis deest, quanam in re minutionem ejus comperiet, non video. Qui autem honoris paritatem negant, ii prorsus minorem honoris gradum decernunt. Similiter consequenterque, deminuta ex comparatione cum reliquis persona Spiritus, cunctas de eo religiosas sententias in contrarium vertent, et neque bonitatis, neque potentia, neque alius cujusvis, quod pio de eodem dicitur, attributi perfectionem confitebuntur. Quod si manifestam impietatem vitantes, id quod generatim bonum esse reputatur, perfectum fatentur; dicant hi sapientes quomodo haberi possit perfecti perfectum, vel perfectius, vel magis sempiternum. Nam quamdiu perfectionis definitio in rem quampiam cadit, ibi neque plus neque minus in perfectionis notione ratio admittit.

9. Si ergo per omnia perfectum esse Spiritum sanctum concedunt, simulque in confesso est orthodoxum esse credere Patris quoque ac Filii in omni re bona perfectionem; cur nam consentaneum rationi judicent Spiritum perimere, jam demonstrarunt: nam perimere pari honore fruentem, perinde est atque opinari eum perfectionis non participem. Genus autem honoris divinae naturæ tribuendi quodnam esse opinantur, quo carere Spiritum sanctum volunt? Utrum hunc ipsum honorem, quem invicem homines largiuntur sermone blandientes et corporis gestu, obsequium comitatu præbentes, et quotquot alia per vanam vitæ consuetudinem honoris officia frequentantur? quæ quidem omnia spontaneo fungentium motu flunt; quæque si omittere velint, nullus ex propria natura homo causam habet, ut sit præ ceteris honorabilis, qui similiter omnes eodem naturæ modulo comprehenduntur. Res est explorata, nullique dubitationi obnoxia; nam qui hodie propter magistratum quem gerit honorabilior cæteris videtur, eum postea comperiemus in illorum numero qui obsequium exhibent, dignitate in alium translata. Num hoc igitur honoris genus in divina quoque natura esse putant, ita ut volentibus nobis honorem exhibere, vel ab honorando cessantibus, pro arbitratu nostro cesset divinus honor? Nonne ridiculum potius impiumque foret talia opinari? Non enim propter nos deus honorabilior evadit, sed semper in eodem statu est, neque in pejus aut melius transilire potest: quorum alterum non admittit, alterius possibilitatem non habet.

10. Quanam itaque ratione Deum honorabis? Quomodo extolles Altissimum? Quomodo glorifica-

(7) Sic fortasse in cod.

σταί μὴ δεῖν ὁμολογεῖν ἐπ' αὐτοῦ πρὸς Πατέρα καὶ Υἱὸν τὸ ὁμότιμον; Ἡμεῖς μὲν γὰρ τοῖς ἐξητασμένοις ἐπόμενοι, τὸ μηδεμίαν προσθήκης εἰς τελείωσιν προσδεόμενον, ἀτιμότερον ἕτερον τινὸς οὔτε λέγειν οὔτε νοεῖν δυνάμεθα. Οὐ γὰρ τὸ πλεονάζον οὐκ ἐξευρίσκει ὁ λόγος διὰ τὸ ἀνελλιπέως τε καὶ τέλειον, ἐν τίνι καταλήφεται αὐτοῦ τὴν ἐλάττωσιν οὐχ ὀρῶ. Οἱ δὲ ἀπαγορεύοντες τὸ ὁμότιμον, δογματίζουσι πάντως τὸ ἀτιμότερον. Καὶ π[ά]σας καὶ ὠπαύτως κατὰ τὴν αὐτὴν ἀκολουθίαν διὰ τῆς κατὰ τὴν σύγκρισιν ἐλαττώσεως, ἐπὶ τὸ ἐναντίον τὰς εὐσεβεῖς ὑπολήψεις περὶ τοῦ Πνεύματος παρατρέψουσι, μὴ ἐν ἀγαθότητι, μηδὲ ἐν δυνάμει, μὴ ἐν ἄλλῃ τινὶ τῶν εὐσεβῶς περὶ αὐτοῦ λεγομένων συμπεραυρῶντες τὸ τέλειον. Εἰ δὲ τὸ πρόδηλον τῆς ἀσεβείας ἐκκλίνοντες, τὸ ἐν παντὶ τῷ κατὰ τὸ ἀγαθὸν λεγομένῳ νοήματι τέλειον ὁμολογῶσιν, εἰπάτωσαν οἱ σοφοί, πῶς τελείου τέλειον ἢ τελειότερόν ἐστι ἢ ἀδιώτερον. [Ξ]ως γὰρ ἂν ὁ τῆς τελειότητος ἐφαρμοζῆται λόγος, οὔτε τὸ πλεόν οὔτε τὸ ἐλαττον ἐν τῇ τοῦ τελείου ἐννοίᾳ ὁ λόγος οὗτος (7) παραδέχεται.

9. Εἰ οὖν δεῖ πάντων τέλειον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶναι συντίθενται, ὠμολογῆται δὲ πρὸς τοῦτοις εὐσεβῆς εἶναι καὶ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ ἐν παντὶ ἀγαθῷ τέλειον, τίς ὁ λόγος κατ' ὄν ἐυλογον χρίνουσι Πνεῦμα ἀναιρεῖν, δεδώκασι. (8) τὸ γὰρ ἀναιρεῖν τὸ ὁμότιμον, ἀπόδειξις ἐστὶ τοῦ μὴ νομίζεω μετέχειν τῆς τελειότητος. Αὐτὸ δὲ τοῦτο τὴν τιμὴν ἐπὶ τῆς θείας φύσεως τί ποτε ἄρα νομίζουσιν, ἧς ἄμοιρον εἶναι τὸ Πνεῦμα βούλονται; Ἡτέρον ταύτην φασὶν ἦν καὶ ἀνθρώποι ἀνθρώποις χαρίζονται λόγῳ τε θεραπεύοντες καὶ σχήματι, τὸ ὑπήκοον ἐνδεικνύμενοι κατὰ τὴν πρόδον, καὶ ὅσα τοιαῦτα τῇ ματαίᾳ τοῦ βίου συνηθείᾳ τῆς τιμῆς γίνεται λόγῳ; Ἄπερ πάντα τῇ προαιρέσει τῶν ταῦτα ἐργαζομένων συνέστηκεν ὡν καθ' ὑπόθεσιν μὴ προελομένων, οὐδεμίαν ἐκ φύσεως ἀφορμὴν ἔχει τῶν ἀνθρώπων ὁμοίως εἰς τὸ εἶναι τῶν λοιπῶν τιμιώτερος, πάντων ὁμοίως κατὰ τὰ αὐτὰ μέτρα τῆς φύσεως γνωριζομένων. Σαφῆς δὲ ὁ λόγος καὶ οὐδεμίαν ἀμφιβολίαν ἔχων τὸν γὰρ σήμερον διὰ τὴν ἀρχὴν, ἧς προέστηκε, τίμιον τοῖς πολλοῖς εἶναι δοκοῦντα, εὐρήσομεν ἐφεξῆς ἕνα τῶν τιμώντων καὶ αὐτὸν γινόμενον, τῆς ἀρχῆς ἐκ ἕτερον μετενεχθείσης. Ἄρ' οὖν τοιοῦτόν τι τῆς τιμῆς εἶδος καὶ ἐπὶ τῆς θείας φύσεως ἐπινοοῦσιν, ὥστε βουλομένων μὲν ἡμῶν τὸ τίμιον ἔχειν, παυσάμενων δὲ τοῦ τιμῆν, τῇ ἡμετέρα προαιρέσει συγκαταλήγειν τὴν θεῖαν τιμὴν; Ἡ καταγέλαστόν ἐστι καὶ ἀσεβῆς ἄμα τὰ τοιαῦτα νοεῖν; Οὐ γὰρ δι' ἡμᾶς τὸ θεῖον ἑαυτοῦ τιμιώτερον γίνεται, ἀλλ' αἰεὶ ὠπαύτως ἔχει, οὔτε πρὸς τὸ χεῖρον οὔτε πρὸς τὸ κρείττον μεταθῆναι δυνάμενον τὸ μὲν γὰρ οὐ δέχεται, τὸ δὲ οὐκ ἔχει.

10. Τίνι τοίνυν τρόπῳ τιμήσεις τὸ θεῖον; Πῶς ὑψώσεις τὸν Ὑψίστον; Πῶς δοξάσεις τὸ ὑπὲρ πάντων δό-

(8) Ita videtur in cod.

ξαν; Πῶς ἐπαινέσεις τὸ ἀκατάληπτον; Εἰ πάντα τὰ ἔθνη ὡς σταγῶν ἀπὸ κάδου, καθίης φησιν Ἡσαΐας, ἐὰν πᾶσα ἡ τῶν ἀνθρώπων ζωὴ συναρμοσθεῖσα ὁμόφωνον ἀναπέμψῃ τὴν δόξαν, τίς ἔσται προσθήκη τῷ κατὰ τὴν φύσιν ἐνδόξῳ τῆς σταγῶνος ἡ χάρις; «Οἱ οὐρανοὶ διηγούνται τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ,» καὶ μικροὶ κήρυκες τῆς ἀξίας νομίζονται· ὅτι ἐπήρθη ἡ μεγαλοπρέπεια αὐτοῦ, τοῦ μέχρι τῶν οὐρανῶν, ἀλλ' ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν, τῶν μικρῶ μέρει τῆς θεότητος τῆ σπιθαμῇ τροπικῶς ὀνομαζομένη περιειλημμένον. Καὶ ἄνθρωπος, τὸ ἐπικύριον τοῦτο καὶ ὠκύμορον ζῶον, καλῶς τῷ χόρτῳ προσείκασμένος, σήμερον ὦν καὶ αὖριον οὐκ ἐσόμενος, ἀξίως τιμῆσαι τὴν θεῖαν φύσιν πεπίστευκεν; Ὅμοιον ὡς περ ἂν εἰ τις ἐξέψας λεπτήν ἴνα ἀπὸ στυπείου, προσθήκη τινὰ ταῖς τοῦ ἡλίου μαρμαρυγαῖς διὰ τοῦ σπινθήρος ὑπολαμβάνοι χαρίζεσθαι. Τί λέγων εἰπέ μοι τιμῆσεις, ἐάν περ ἔλωσ τιμῆσαι θελήσεις τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον; Ὅτι ἀθάνατόν ἐστι πάντως, ὅτι ἀτρεπτόν τε καὶ ἀναλλοίωτον, καὶ ἀει καλόν, καὶ ἀπροσδεὲς τῆς ἐτέρων χάριτος, ὅτι πάντα ἐν πᾶσιν ἐνεργεῖ καθὼς βούλεται, ἅγιον, ἡγεμονικόν, εὐθὲς, δίκαιον, ἀληθινόν, τὰ βᾶθη ἐρευνοῦν τῶν Θεοῦ, ἐκ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, ἐκ τοῦ Υἱοῦ λαμβανόμενον, καὶ εἰ τι τοιοῦτο. Τί οὖν διὰ τούτων καὶ τῶν τοιούτων χαρίζῃ; Τὰ προσόντα λέγετε, ἢ διὰ τῶν μὴ προσόντων τιμᾶς; Εἰ μὲν γὰρ τὰ μὴ προσόντα προσμαρτυρεῖτε, ματαία ἡ χάρις, καὶ εἰς οὐδὲν φέρουσα πλέον· ὁ γὰρ τὸ πικρὸν γλυκὺ λέγων, αὐτὸς μὲν ἐφεύσατο, τὸ δὲ ψεκτὸν οὐκ ἐπήνεσε. Εἰ δὲ τὰ ὄντα λέγετε, τῆ φύσει τοιοῦτόν ἐστι πάντως καὶ ὁμολογοῦντος καὶ μὴ. Φησὶ γὰρ ὁ Ἀπόστολος· ὅτι· Εἰ ἀπιστοῦμεν, ἐκεῖνος πιστὸς μένει. »

ισ'. Τί οὖν βούλεται ἡ ὑποστολή τῆς ψυχῆς καὶ ἡ μεγαλοψυχία, ἐπὶ μὲν τοῦ Πατρὸς φιλοτιμουμένων, καὶ τῷ Υἱῷ τυχεῖν τὰ ἴσα χαριζομένων, ἐπὶ δὲ τοῦ Πνεύματος σμικρολογουμένων τὴν χάριν; Εἴπερ δέδεικται οὐκ ἐκ τῆς προαιρέσεως ἡμῶν πληρουμένη ἡ ἰδίως προσοῦσα τῇ θεῖα φύσει τιμῆ, ἀλλὰ προσφῶς συνπαρχούσα. Ἡ μὲν γὰρ ἀγνωμοσύνη τῶν ἀχαρίστων διὰ τῆς τοιαύτης αὐτῶν γνώμης ἐλέγχεται· τὸ δὲ Πνεῦμα τῆ ἑαυτοῦ φύσει τίμιον, ἐνδοξόν, δυνατόν, πάντα τὰ ὑψηλὰ τῶν νοημάτων ἐστὶ, καὶ οὗτοι μὴ βούλωνται. Καὶ φησιν· ἀλλὰ τὸν Πατέρα μὲν δημιουργὸν εἶναι παρὰ τῆς Γραφῆς ἐδιδάχθημεν· ὡσαύτως καὶ διὰ τοῦ Υἱοῦ τὰ πάντα γεγενῆσθαι ἐμάθομεν, οὐδὲν δὲ τοιοῦτο περὶ τοῦ Πνεύματος ἡμᾶς ὁ λόγος ἐδίδαξεν. Καὶ πῶς ἐστὶν εἰκὸς εἰς ἰσοτιμίαν ἄγειν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τῷ διὰ τῆς δημιουργίας τοσοῦτο μέγεθος δυνάμεως ἐπιδειξαμένῳ; Τί οὖν ἡμεῖς πρὸς τοῦτο ἀποκρινοῦμεθα; Ὅτι· ματαία ἐλάλησαν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν οἱ νομίζοντες μὴ ἀει μετὰ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα εἶναι, ἀλλὰ κατὰ καιροῦς τινὰς ποτὲ μὲν ἐφ' ἑαυτοῦ θεωρεῖσθαι, ποτὲ δὲ συνημμένως καταλαμβάνεσθαι. Εἰ γὰρ χωρὶς τοῦ Πνεύματος γέγονεν ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ

A bis qui omnem gloriam excedit? Quomodo laudabis inintelligibilem? Quoniam omnes gentes quasi stilla situlae sunt, ut Isaias ait ¹, si forte universa hominum vita uno concentu consonam emittat laudationem, quænam fiet accessio ei, qui naturaliter gloriosus est, a gratiæ gratia? « Coeli enarrant gloriam Dei ², » exiguique censentur dignitatis præcones; « quoniam exalata est magnificentia ejus » non usque ad cælos, sed supra cælos ³, qui tenui divinitatis parte, quæ palmus tropice nominatur, comprehenduntur. Homo autem, temporaneus hic et brevis ætatis animans, recteque feno comparatus, qui hodie est et mane non subsistet, digne se honoraturum divinam naturam confidet? Veluti si quis accendens tenuem stuppæ fibræ, additamentum aliquid se putaret solis splendoribus hac sua scintilla largiri. Quibusnam verbis, dic mihi, honorabis, si quidem honorare omnino voles, sanctum Spiritum? Nempe dices prorsus esse immortalem, invertibilem, immutabilem, semper bonum, nullo alieno beneficio egentem; et quod cuncta in cunctis operatur prout vult; item, sanctum esse, dirigentem, rectum, justum, veracem, profunda Dei scrutantem, ex Patre procedentem, a Filio accipientem, et si quid præterea est. Quid porro per hæc et alia hujusmodi ei largiris? Eane quæ habet dicis, an ob ea, quæ non habet, laudas? Si quæ non habet de eo prædicas, vana est gratia, nihilque emolumenti conferens; nam qui amarum dicit esse dulce, ipse quidem mentitur; et quod vituperabile est, reapse laude non ornat. Sin autem vera dicis, ea suapte natura talia sunt, sive tu confitearis sive secus. Ait enim Apostolus: « Si non credimus, ille fidelis permanet ⁴. »

11. Quid ergo sibi vult hæc pusillanimitas simul et magnanimitas hominum, qui Patrem quidem honorare certant, paremque Filio gloriam attribuant; erga Spiritum autem tantopere laudis sunt avari? Certe demonstratum est, haud a nostra voluntate gloriam confici, quæ proprie divinæ naturæ inest, sed innatam illi inherere. Et ingratorum quidem hominum vecordia hac ipsorum pravitate sententiæ coarguitur: Spiritus autem suapte natura venerabilis, gloriosus, potensque est, et quidquid excelsum cogitari potest, etiamsi li nolint. Utique, aiunt; sed tamen Patrem creatorem esse a Scriptura edocti fuimus: item per Filium omnia facta didicimus: nihil vero hujusmodi de Spiritu sacer sermo nos ducit. Quomodo autem æquum sit, a l parem honorem evehere sanctum Spiritum illi, qui per creationem tantam potentia magnitudinem exprompsit? Quid ergo nos ad hæc dicimus? Nempe quod vana locuti sunt in cordibus suis, qui existimant non semper cum Patre et Filio Spiritum fuisse, sed certis temporibus modo per se solum spectari, modo conjunctim comperiri. Nam si absque Spiritu factum est cælum ac terra et creatio

¹ Isa. xl, 15. ² Psal. xviii, 1. ³ Psal. viii, 2.

⁴ II Tim. ii, 13.

universa per Filium solum ac Patrem, dicant qui sic loquuntur, quid ageret Spiritus sanctus, dum Pater cum Filio creationem operabatur? Num ad alia opera incumberebat, ac propterea universo creando non vacabat? Quamnam, oro, peculiarem Spiritus occupationem demonstrare queunt, interim dum creatio peragebatur? Certe stultum esset atque insanum de alia aliqua creatione cogitare, præter illam quæ a Patre per Filium conficiebatur.

12. At enim Spiritus fortasse non occupabatur, sed pigritia et otio ac laborum fuga a creandi studio abstinerebat. Utinam nobis condonet hanc verborum insaniam ipsa Spiritus gratia! Elenim nos absurditatem talia dogmatizantium presse sequentes, inviti sensibus illorum, ceu quodam luto, sermonem nostrum sordidavimus. Porro orthodoxa sententia ita se habet: Neque Pater absque Filio unquam cogitatur, neque Filius sine sancto Spiritu intelligitur. Sicut enim impossibile est venire ad Patrem nisi quis per Filium extollatur⁶, ita impossibile est dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto⁷. Itaque convenienter atque conjunctim Pater et Filius et Spiritus sanctus semper inmutaque cum relatione in perfecta Trinitate considerantur; et ante omnem creationem, ante omnia sæcula, ante quamlibet intellectus nostri cogitationem, Pater semper Pater est, et cum Filio Spiritus sanctus. Si ergo inseparabiliter, hæc simul mutuoque existunt, quænam insania est illorum qui separare nituntur individuum et dividere inseparabile, ita ut dicere audeant, solum fecisse omnia Patrem per Filium, Spiritu sancto sub creationis tempus vel non præsentem vel nihil agente? Nam si non aderat, dicant ubinam esset, cum Deus reapse omnia occupet, num videlicet peculiarem aliquam Spiritui stationem assignant, ita ut apud se seorsum creationis tempore esset? Sin aderat, quomodo inactuosus erat? Num quia nihil efficere poterat, an quia nolebat, sponte omittens, an aliqua validiore necessitate repulsus? Nam si sponte otium præcipitavit, ne in alia quidem re qualibet is agere pateretur; mendaxque ex horum sententia evaderet ille qui ait ipsum operari omnia in omnibus prout vult⁸.

13. Quod si Spiritus quidem ad operandum sponte impellitur, superior autem quædam potestas huic proposito obstat, dicant sane quamobrem impedimentum hoc fiat. Num invidia gloriæ quæ ex operibus paritur, ne videlicet in alium quoque transeat recte factorum admiratio, an quia non fidat cooperanti, quasi detrimentum rei præsentis futura sit illius opera? Prorsus harum quoque opinionum causas hi sapientes nobis patefacient. Sin vero neque invidia divinam attingit naturam, neque

⁶ Joan. xiv 8. ⁷ I Cor. xi, 3. ⁸ ibid. 8.

(9) Cod. cl.

ἢ καὶ πᾶσα ἡ κτίσις διὰ τοῦ Υἱοῦ μόνου ἐκ τοῦ Πατρὸς, εἰπάτωσαν οἱ ταῦτα λέγοντες, τί ἐποίησε τότε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅτε ὁ Πατὴρ μετὰ τοῦ Υἱοῦ τὴν κτίσιν ἐνήργησεν; Ἄλλοις τισὶν ἔργοις προσησχολεῖτο, καὶ διὰ τοῦτο τῆς κτίσεως τῶν πάντων οὐ συνεφήπτετο; Καὶ τί ἔχουσι δεῖξαι ἰδιόζων ἔργον τοῦ Πνεύματος, ὅτε ἡ κτίσις συνίστατο; ἢ μωρὸν ἐστὶ καὶ ἀνόητον τὸ καὶ ἄλλην κτίσιν παρὰ τὴν ἐκ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ ὑφ' ἑστώσαν ἐπινοεῖν.

ιβ'. Ἄλλ' οὐκ ἠσχολεῖτο μὲν, βραθυμίᾳ δὲ τινι καὶ βραδυῶνῃ καὶ τῷ περὶ τοὺς πόρους ὀκνηῶς τῆς περὶ τὴν κτίσιν σπουδῆς ἐχωρίζετο. Ἄλλ' ὀλεως εἶη ἡμῖν ἐπὶ τῇ ματαιότητι τῶν λόγων αὐτῆ ἢ τοῦ Πνεύματος χάρις. Τῇ γὰρ ἀτοπίᾳ τῶν τὰ τοιαῦτα δογματιζόντων κατ' ἔχθος ἐπόμενοι ἀβουλήτως ταῖς ἐννοίαις αὐτῶν οἷόν τινα βορβόρῳ τὸν λόγον καταβρῦπώσαμεν. Ἡ γὰρ εὐσεβῆς διάνοια τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον· Οὐτε Πατὴρ χωρὶς Υἱοῦ ποτε ἐννοεῖται, οὔτε Υἱὸς δίχα τοῦ ἁγίου Πνεύματος καταλαμβάνεται. Ὡς γὰρ ἀμῆχανόν ἐστιν ἀνελεῖν πρὸς τὸν Πατέρα μὴ διὰ τοῦ Υἱοῦ ὑψωθέντα, οὕτως ἀδύνατόν ἐστι Κύριον Ἰησοῦν εἰπεῖν μὴ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ· οὐκοῦν ἀκολούθως τε καὶ συνημμένως ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀεὶ μετ' ἀλλήλων ἐν τελείᾳ τῇ Τριάδι γνωρίζονται, καὶ πρὸ πάσης κτίσεως, καὶ πρὸ πάντων αἰώνων, καὶ πρὸ πάσης καταληπτῆς ἐπινοίας, ἀεὶ Πατὴρ ὁ Πατὴρ ἐστὶ, καὶ ἐν τῷ Πατρὶ ὁ Υἱὸς, καὶ μετὰ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Εἰ οὖν ἀχωρίστως ταῦτα μετ' ἀλλήλων ἐστὶ, τίς ἡ ματαιότης τῶν ἐν καιρῷ τινι διαχωρίζειν ἐπιχειρούντων τὸ ἀσμετητόν, καὶ διαιρεῖν τὸ ἀχώριστον, ὥστε τοιμᾶν λέγειν, Μόνος ἐποίησεν ὁ Πατὴρ διὰ μόνου τοῦ Υἱοῦ τὰ πάντα, τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐν τῷ καιρῷ τῆς δημιουργίας ἢ μὴ παρόντος, ἢ μὴ ἐνεργούντος; Εἰ μὲν γὰρ οὐ παρῆν, εἰπάτωσαν ποῦ ἦν, πάντα τοῦ Θεοῦ διεληφθότος; Ἡ (9) τινα ἰδιόζουσαν τῷ Πνεύματι στάσιν ἐπινοοῦσιν, ὥστε ἐφ' ἑαυτοῦ κεχωρισμένως εἶναι κατὰ τὴν τῆς κτίσεως χρόνον; Εἰ δὲ παρῆν, πῶς ἀνεργήτων ἦν; Τῷ μὴ δύνασθαι τι ποιεῖν, ἢ τῷ μὴ βούλεσθαι; Ἐκουσίως ἀπολειπόμενον, ἢ ὑπὸ τίνος βιαιοτέρας ἀνάγκης ἐλαυνόμενον; Εἰ μὲν γὰρ ἐκ προαιρέσεως τὴν ἀργίαν ἠσπάζετο, οὐδὲ ἐν ἄλλῳ τινὶ πάντως τὸ ἐνεργεῖν καταδέχεται· καὶ ψευδῆς κατ' αὐτοὺς ὁ λέγων, ὅτι πάντα ἐν πᾶσιν ἐνεργεῖ καθὼς βούλεται.

ιγ'. Εἰ δὲ τούτῳ μὲν ἐστὶν ἡ πρὸς τὰ ἐνεργεῖν ὀρμή, ὑπερκειμένη δὲ τις ἐξουσία κωλύει τὴν πρόθεσιν, εἰπάτωσαν τὴν αἰτίαν τοῦ ταῦτα κωλύοντος. Φθόνῳ τῆς ἐκ τῶν ἔργων δόξης, ὡς ἂν μὴ καὶ εἰς ἄλλον διαβαῖη τῶν κατορθωμάτων τὸ θαῦμα, ἢ τῷ μὴ καταπιστεύειν τῇ συνεργίᾳ, ὡς ἐπὶ λύμῃ τοῦ παρόντος ἐσομένης αὐτοῦ τῆς ἐργασίας; Πάντως γὰρ τῶν τοιούτων ὑπαλήψεων καὶ τὰς αἰτίας ἡμῖν οἱ σοφοὶ οὗτοι διασαφῆρουνσιν. Εἰ δὲ οὔτε φθόνος τῆς θείας ἄπτεται φύσεως, οὔτε τι σφάλμα περὶ τὴν ἀπιστοῦσαν

φύσιν ἐπινοεῖται, τί βούλεται αὐτοῖς ἡ μικροπρέπεια τῶν νοημάτων, ἢ τῆς δημιουργικῆς αἰτίας ἀφορίζουσα τὴν τοῦ Πνεύματος δύναμιν, δέον ταῖς ὑψηλοτέραις τῶν ἐνοειῶν ἀφιναίαι μὲν τὰ ταπεινά καὶ ἀνθρώπινα τῶν νοημάτων, λογισμῶν δὲ λαβεῖν τοῦ ὕψους τῶν ζητουμένων ἐπάξιον· ὅτι οὕτε ὁ ἐπὶ πάντων Θεὸς συνεργίας τινὸς χρῆζων, διὰ τοῦ Υἱοῦ τὰ πάντα ἐποίησεν, οὕτε ὁ μονογενὴς Υἱὸς (10) ἐλάττονα τῆς προθέσεως τὴν δύναμιν ἔχων ἐν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι τὰ πάντα ἐργάζεται. Ἀλλὰ πηγὴ μὲν δυνάμεως ἐστὶν ὁ Πατήρ, δύναμις δὲ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς (11), δυνάμεως δὲ πνεῦμα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἡ δὲ κτίσις πᾶσα ὅση τε αἰσθητὴ καὶ ὅση ἀσώματος, τῆς θείας δυνάμεως ἐστὶν ἀποτέλεσμα. Καὶ ἐπειδὴ πόνος οὐδεὶς ἐν τῇ συστάσει τῶν περὶ τὴν θείαν φύσιν ὑπονοεῖται, ὁμοῦ γὰρ τῷ προελεῖσθαι, τὸ γενέσθαι δέον, εὐθύς οὐσία ἢ πρόθεσις γίνεται, πᾶσαν τὴν διὰ τῆς κτίσεως ὑποστᾶσαν φύσιν, θελήματος κίνησιν, καὶ προθέσεως ὄρμησιν, καὶ δυνάμεως διάδοσιν, εἰκότως ἂν τις προσαγορεύσειεν ἐκ Πατρὸς ἀρχομένην, καὶ ἴδι' Υἱοῦ προϊούσαν, καὶ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ τελειούμενην.

ιδ'. Ταῦτα ἡμεῖς ἰδιωτικῶς καὶ κατὰ τὸν συνήθη τρόπον ἡμῖν ἐνοοῦντες, τὰ σὺν ταῦτα τῶν ἀνθυποφερόντων οὐ προσιέμεθα, πιστεύοντες καὶ ὁμολογούντες ἐν παντὶ πράγματι καὶ νοήματι ἐγκοσμίῳ τε καὶ ὑπερκοσμίῳ, καὶ τοῖς ἐν χρόνῳ καὶ τοῖς προαιωνίοις, μετὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καταλαμβάνεσθαι, μὴτε βουλήματος, μὴτε ἐνεργείας, μὴτε ἄλλου τινὸς τῶν κατὰ τὸ ἀγαθὸν εὐσεβῶς νοουμένων ἀπολειπόμενον· καὶ διὰ τοῦτο, ἐκτὸς τῆς κατὰ τάξιν καὶ ὑπόστασιν διαφορᾶς, ἐν οὐδενὶ τὸ παρηλαγμένον καταλαμβάνομεν, ἀλλὰ τρίτον μὲν τῇ ἀκολουθίᾳ φαμέν μετὰ Πατέρα καὶ Υἱὸν ἀριθμεῖσθαι· τρίτον δὲ καὶ τῇ τάξει τῆς παραδόσεως. Ἐν δὲ τοῖς λοιποῖς πᾶσιν ἀχώριστον τὴν συνάφειαν ὁμολογούντες ἐν φύσει, καὶ ἐν τιμῇ, καὶ ἐν θεότητι καὶ δόξῃ καὶ μεγαλοπρεπείᾳ, καὶ τῇ ἐπὶ πάντων ἐξουσίᾳ, καὶ τῇ εὐσεβεῖ ὁμολογίᾳ. Περὶ δὲ λατρείας καὶ προσκυνήσεως καὶ ὅσα τοιαῦτα μικρολογούντες προφέρουσιν οἱ σοφοὶ παρ' ἑαυτοῖς, ἐκεῖνα λέγομεν, ὅτι πάντων τῶν παρ' ἡμῖν γινομένων ἐκ προαιρέσεως ἀνθρωπίνης ὑψηλοτέρων ἐστὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ ἡ προσκυνήσις ἡμῶν ταπεινότερα ἐστὶ χρεωστουμένης τιμῆς, καὶ εἰ τι ἄλλο ἢ ἀνθρωπίνῃ συνήθειᾳ τίμιον ἔχει, κάτω που τῆς ἀξίας ἐστὶ τοῦ Πνεύματος· τὸ γὰρ τῇ φύσει ἀμέτρητον, μείζον ἐστὶ τῶν ἀπὸ μικρᾶς καὶ περιγεγραμμένης καὶ εὐτελοῦς δυνάμεως· τὰ κατὰ δύναμιν αὐτῷ δωροφορούντων. Ταῦτα μὲν οὖν φαμέν πρὸς τοὺς συντιθεμένους τῇ εὐσεβεστέρᾳ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὑπολήψει, ὅτι τε θεῖόν ἐστι καὶ φύσεως θείας.

ιε'. Εἰ δέ τις ἀθετοίῃ τὴν φωνὴν ταύτην καὶ τὴν διάνοιαν τὴν τῷ ὀνόματι τῆς θεϊότητος συμφαινομένην, λέγοι δὲ τὸ παρὰ τῶν πολλῶν ἐπὶ καθαιρέσεως τῆς τοῦ Πνεύματος μεγαλωσύνης περιφερόμενον, ὅτι οὐχὶ τῶν

error aliquis in infallibili natura cogitari potest, quid sibi vult hæc istorum æstimandi morositas, quæ creatricem causam Spiritus potentia negat, cum contra oporteat sublimibus sensibus humilia et humana cedere, et pro excelsi dignitate subjecti cogitare. Nam neque is qui omnia excedit Deus, ob alicujus cooperationis necessitatem, cuncta per Filium fecit: neque unigenitus Filius, ideo quod minorem conatu suo vim habeat, in sancto Spiritu omnia operatur. Sed fons quidem potentia, Pater est; potentia vero Patris, Filius; potentia spiritus denique, Spiritus sanctus est: creatura autem omnis tum sensibilis tum incorporea, divinae potentia effectus est. Et quoniam labor nullus esse intelligitur in iis quæ divinam naturam constituent; nam voluntatem statim sequitur actio, et sine mora propositum in rem confertur; omnem, quæ creando fit, substantiam, voluntatis motum, propositi aggressionem, potentia communicationem, recte dicemus a Patre incipere, per Filium procedere, et in sancto Spiritu perfici.

14. Hanc nos populari more consuetaque nobis ratione sententiam gerentes, sapientia ista adversariorum argumenta non admittimus: credimus enim et confitemur in omni re mundana et supramundana, temporanea atque æterna, cum Patre ac Filio Spiritum sanctum esse consociandum; et neque a voluntate, neque ab actione, neque a re quavis quæ pie creditur bona excludendum: ideoque, excepta ordinis personæque differentia, nullius rei diversitatem admittimus, sed tertium ordine dicimus post Patrem et Filium numerari: tertium item ordine traditionis. In reliquis vero omnibus inseparabilem nexum fatemur, naturæ videlicet, honoris, deitatis, gloriæ, magnificentia, universaliis potestatis, religiosæ denique apud nos confessionis. Quatenus vero sapientes hi cavillantur de cultu et adoratione et rebus hujusmodi, hoc nos affirmamus, nempe omni quod nos humanis conatibus præstamus officio excelsiorem esse Spiritum sanctum, adorationem quoque nostram infirmiore esse debito honore, et quidquid humana consuetudo venerationis exprimit, inferius esse Spiritus dignitate: nam qui immensus natura est, major est omni obsequio, quod ei ab exigua et circumscriptæ vilisque facultatis conatu exhibetur. Hæc cæteroque illis dicimus, qui religiosiori de sancto Spiritu sententiæ adhaerent, quod nempe Deus sit, et divina natura præditus.

15. Quod si quis hoc vocabulum et suppositum eidem vocabulo significatum deitatis debeat, dicit autem id quod a multis ob abolendam Spiritus majestatem jactatur, nempe quod non ex facientibus,

(10) Cod. Θεός, sed fortasse emendatum fuit in ipso codice Υἱός.

(11) Id est Filii, qui est potentia Patris. Nam

Spiritus sanctus dicitur a Paulo, Gal. iv, 6, Spiritus Filii.

sed ex factis credendus sit, neque divina natura, A sed creata; hanc nos orationem improbamus, quia homines ita opinantes in Christianorum numero habere non didicimus. Nam sicut imperfectum embryonem nemo hominem diceret, sed inchoatam vim quamdam si quando ad hominis nativitatem devenerit, quoad tamen imperfectus est, nondum esse hominem; sic eum qui totius mysterii veram orthodoxamque formam non exceperit, hunc esse Christianum doctrina nostra non agnoscit. Namque et Judæos audire est Deum, et quidem nostrum, confitentes. Concedit quippe illis in Evangelio Domini, quod non alium existiment Deum, nisi Unigeniti Patrem, Quem vos, inquit, Deum vestrum dicitis⁹. Num ergo Christianorum nomine nuncupandi sunt Judæi, propterea quod adoratum a nobis Deum ipsi quoque se fatentur colere? Scio et Manichæos nomen Christi celebrare. Quid igitur? Num qui venerabile his quoque habetur adoratum a nobis nomen, idcirco hos etiam in Christianorum numero habebimus? Sic et ille, qui Patrem quidem confitetur, Filiumque admittit, Spiritus tamen abolet majestatem, fidem negavit, et est infideli deterior¹⁰, Christianique nomen mentitur. Perfectum esse hominem Dei jubet Apostolus. Perfectio autem erit in communi quidem homine, si absolutam quaqueversus naturam habuerit; nam rationalem esse oportet, mentis scientiæque capacem, vitæ compositam, statura erectum, risibilem, latis unguibus præditum. Quod si quis hominem nominet, quin dicta naturæ indicia præstare queat, frustra eum hac honorat appellatione. Ita etiam Christianus, fide in Patrem et Filium ac Spiritum sanctum distinguit: hæc forma est ejus qui veritatis mysterio conformatus fuerit. Quod si aliter forma se habeat, haud agnoscam difformis rei naturam: confusio est potius figuræ, et naturalis formæ alteratio et indicativorum humanitatis signorum perversio, cum ad fidei dogma Spiritus sanctus non simul recipitur. Verax est enim Ecclesiastæ dictum: Non est hic homo vivens, sed ossa, ut ipse ait, in ventre prægnantis¹¹. Nam quomodo confitebitur Christum, nisi chrisma cum uncto simul intelligat? « Hunc, » inquit Scriptura, « unxit Deus Spiritu sancto. »¹² γὰρ ὁμολογῆσαι Χριστὸν, ὁ μὴ συνεπινοῶν τῷ χρισθέντι τὸ χρίσμα; « Τοῦτον ἔχρισε, » φησὶν, « ὁ Θεὸς ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. »

16. Dicant ergo nobis qui Spiritus gloriam ab- D olent, et in ordine subditarum naturarum collocant, cujusnam rei symbolum unctio sit. Nonne regni? Quid porro? Nonne propria natura regem esse credunt Unigenitum? Sine dubio non negabunt, qui certe Judaico velo cor obvolutum non habeant. Si ergo Filius Deus naturaliter est, regni vero symbolum chrisma, quidnam, oro, tibi consecanea ratio demonstrat? Nempe chrisma non esse alienum ab eo qui naturaliter rex est: neque uti peregrinum et extraneum cum sancta Trinitate

ποιούντων, ἀλλὰ τῶν ποιηθέντων ἐστὶ, καὶ οὐχὶ τῆς θείας, ἀλλὰ τῆς κτιστῆς φύσεως εἶναι προσήκει νομίζειν, τοῦτον τὸν λόγον ἀποκρινόμεθα, ὅτι τοὺς οὕτως ἔχοντας ἐν Χριστιανῶς ἀριθμεῖν οὐκ ἐμάθομεν. Ὅσπερ γὰρ ἄνθρωπον οὐκ ἂν τις προσείποι τὸ ἀτελεσφόρητον ἔμβρυον, ἀλλὰ δύναμιν εἴπερ ἐτελεσφορήθη εἰς ἀνθρώπου γένεσιν προσελθῆναι, ἕως δ' ἂν ἐν τῷ ἀτελεῖ ᾤ, ἄλλο τί ἐστὶ καὶ οὐκ ἄνθρωπος· οὕτως τὸν μὴ δι' ὅλου τοῦ μυστηρίου τὴν ἀληθῆ μὲρφωσιν τῆς εὐσεβείας δεξάμενον, χριστιανὸν οὐκ οἶδεν ὁ λόγος. Ἔστι γὰρ καὶ Ἰουδαίων ἀκούειν Θεὸν ὁμολογούντων καὶ Θεὸν τὸν ἡμέτερον. Συντίθεται αὐτοῖς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ καὶ ὁ Κύριος, ὅτι οὐκ ἄλλον νομίζουσι Θεὸν ἢ τὸν Πατέρα τοῦ Μονογενοῦς, « Ὅν ὑμεῖς, φησὶ, λέγετε ὅτι Θεὸς ἡμῶν ἐστίν. » Ἀρ' οὖν Χριστιανῶς ὀνομαστῆναι τοὺς Ἰουδαίους, ὅτι τὸν παρ' ἡμῶν προσκυνούμενον, καὶ αὐτοὶ σέβειν ὁμολογοῦσιν; Οἶδα καὶ Μανιχαίους τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ περιφέροντας. Τί οὖν; Ἐπειδὴ σεβάσιμον παρὰ τοῦτοισι τὸ παρ' ἡμῶν προσκυνούμενον ὄνομα, διὰ τοῦτο καὶ αὐτοὺς ἐν Χριστιανῶς ἀριθμῆσομεν; Οὕτως καὶ ὁ τὸν Πατέρα μὲν ὁμολογῶν, καὶ τὸν Υἱὸν παραδεχόμενος, ἀθετῶν δὲ τὴν μεγαλοσύνην τοῦ Πνεύματος, ἤρνηται τὴν πίστιν, καὶ ἐστὶν ἀπίστου χεῖρων, καὶ τῆς ἐποιουμίας τοῦ Χριστιανοῦ καταψεύδεται. Ἄρτιον εἶναι καλεῖται τὸν Θεὸν ἄνθρωπον ὁ Ἀπόστολος. Ἄρτιον δ' ἂν εἴη ἐπὶ μὲν τοῦ κοινῷ ἀνθρώπου τὸ παντὶ λόγῳ συμπληρωμένον τῆς φύσεως, λογικὸν τε γὰρ εἶναι χρῆ, καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν, ζωῆς μετέχον, ὁρθίον τῷ σχήματι, γλαστικόν, πλατυκύνυχον. Εἰ δὲ ὀνομαζοῖ μὲν τις ἄνθρωπον, τὰ δὲ εἰρημένα σημεῖα τῆς φύσεως μὴ ἔχοι ἐπὶ τούτου παρέχασθαι, μάτην ἐτίμησεν τῷ προσρήματι. Οὕτως καὶ ὁ Χριστιανὸς τῇ εἰς Πατέρα, καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα πίστει χαρακτηρίζεται· αὕτη ἐστὶν ἡ μορφή τοῦ κατὰ τὸ μυστήριον τῆς ἀληθείας μεμορφωμένου. Εἰ δὲ ἐτέρως ἢ μορφή διακειμένη τύχη, οὐκ ἐπιγνώσσομαι τοῦ ἀμόρφου τὴν φύσιν· σύγχυσις ἐστὶ τοῦ χαρακτηῖρος καὶ τῆς κατὰ φύσιν μορφῆς ἁλλοτρίως καὶ παραλλαγῆ τῶν γνωριστικῶν σημείων τῆς ἀνθρωπότητος, ὅταν μὴ συμπαραληφθῆ τῇ πίστει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἀληθεύει γὰρ τοῦ Ἐκκλησιαστοῦ ὁ λόγος· ὅτι οὕτως οὐχὶ ζῶν ἐστὶν ἄνθρωπος, ἀλλὰ ὅσα, καθὼς ἐκεῖνος φησὶν, ἐν τῇ γαστρὶ τῆς κωφορούσης. Πῶς ἔξενον τι καὶ ἀλλόφυλον τῇ ἁγίᾳ Τριάδι τὸ Πνεῦμα

⁹ Joan. viii, 11. ¹⁰ II Tim. iii, 17. ¹¹ Eccl. xi, 5. ¹² Act. x, 38.

συντέτακται. Βασιλεὺς μὲν γὰρ ὁ Υἱὸς· βασιλεία δὲ ζῶσα καὶ οὐσιώδης καὶ ἐνυπόστατος τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἢ χρισθεὶς ὁ Μονογενὴς, Χριστὸς ἐστὶ καὶ βασιλεὺς τῶν ὄντων. Εἰ οὖν βασιλεὺς ὁ Πατήρ, βασιλεὺς δὲ ὁ Μονογενὴς, βασιλεία δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἰς πάντως τῆς βασιλείας ἐπὶ τῆς Τριάδος ὁ λόγος. Ἡ δὲ τῆς χρίσεως ἔννοια, τὸ μηδὲν εἶναι διάστημα μεταξὺ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος δι' ἀπορρήτων αἰνίσσεται· ὡς γὰρ μεταξὺ τῆς τοῦ σώματος ἐπιφανείας, καὶ τῆς τοῦ ἐλαίου χρίσεως οὐδὲν ἐπινοεῖ μέσον οὔτε ὁ λόγος οὔτε ἡ αἰσθησίς, οὕτως ἀδιάστατός ἐστι πρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τῷ Υἱῷ ἢ συνάφεια, ὥστε τῷ μέλλοντι αὐτοῦ διὰ τῆς πίστεως ἄπτεσθαι, ἀναγκαῖον εἶναι προεντυγχάνειν διὰ τῆς ἀφῆς τῷ μύρῳ· οὐ γὰρ ἐστὶ τι μέρος ὃ γυμνὸν ἐστὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Διὰ τοῦτο ἡ ὁμολογία τῆς τοῦ Υἱοῦ κυριότητος, ἐν Πνεύματι ἁγίῳ τοῖς καταλαμβάνουσι γίνεται, πάντοθεν τοῖς διὰ πίστεως προσεγγίζουσι προαπαντῶντος τοῦ Πνεύματος. Εἰ οὖν τῇ φύσει βασιλεὺς ὁ Υἱὸς, ἀξίωμα δὲ βασιλείας τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ᾧ Υἱὸς χρίεται, τίς ἐπινοεῖται τῆς βασιλείας ἡ κατὰ τὴν φύσιν πρὸς ἑαυτὴν ἄλλοτριώσις;

17. Ἐπειτα καὶ τοῦτο σκοπήσωμεν· Ἡ βασιλεία ἐν τῇ τῶν ὑποχειρίων ἀρχῇ πάντως γνωρίζεται. Τί οὖν τῆς βασιλευούσης φύσεώς ἐστὶ τὸ ὑπέκχον; τοὺς αἰῶνας πάντως καὶ τὰ ἐν τούτοις ὁ λόγος καταλαμβάνει· « Ἡ γὰρ βασιλεία σου, » φησὶν, « βασιλεία αἰώνων. » Αἰῶνας δὲ λέγων, πᾶσαν ἐκ τοῦ περιέχοντος τὴν ἐν αὐτοῖς συστάσεως κτίσιν περιλαμβάνει τὴν τε ὁρατὴν καὶ ἀόρατον· ἐν αὐτοῖς γὰρ ἐκτίσθη τὰ πάντα διὰ τοῦ ποιητοῦ τῶν αἰώνων. Εἰ οὖν ἡ βασιλεία πάντοτε μετὰ τοῦ βασιλέως νοεῖται, ἡ δὲ ὑποχειρίως φύσις ἄλλο τι παρὰ τὴν ἀρχουσαν ὁμολογεῖται, τίς ἡ ἀτοπία τῶν ἑαυτοῖς μαχομένων, τῶν προστιθέντων μὲν τὸ χρίσμα τῷ κατὰ φύσιν βασιλεῖ ὡς ἀξίωμα, καταγόντων δὲ αὐτὸ τοῦτο εἰς τὴν ὑποχείριον τάξιν ὡς τῆς ἀξίας καταδεέστερον; Εἰ μὲν γὰρ τῶν ὑπεκχόνων κατὰ τὴν φύσιν ἐστὶ, πῶς τῷ τῆς βασιλείας ἀξίωματι τοῦ Μονογενοῦς συναρμύζεται χρίσμα βασιλείας γινόμενον; Εἰ δὲ τὸ ἡγεμονικὸν αὐτοῦ διὰ τοῦ συμπαραληφθῆναι εἰς τὴν τῆς βασιλείας μεγαλοπρέπειαν δείκνυται, τίς ἡ ἀνάγκη καθαιρεῖσθαι πάντα εἰς ἰδιωτικὴν τε καὶ δουλικὴν ταπεινότητα τῇ δουλευούσῃ κτίσει συναριθμούμενον; Οὐ γὰρ δὴ τὰ δύο περὶ αὐτοῦ λέγοντα, δυνατόν ἐστιν ἐν ἑκατέρῳ τὰ ληθῆ λέγειν, ὅτι καὶ ἡγεμονικὸν ἐστὶ καὶ ὑποχειρίον. Εἰ μὲν γὰρ ἡγεῖται, οὐ κυριεύεται· εἰ δὲ δουλεύει, οὐκ ἐτί μετὰ τῆς βασιλευούσης φύσεως καταλαμβάνεται. Ὡς γὰρ μετὰ ἀνθρώπων ἀνθρωποι, καὶ μετὰ ἀγγέλων ἄγγελοι, καὶ πάντα μετὰ τῶν ὁμοφύλων ἐπιγιγνώσκονται, οὕτω μεθ' ἐνὸς ἑκατέρων ὁμολογεῖσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀναγκαῖον ἐστὶ, ἢ μετὰ τῆς κυριεύουσας, ἢ μετὰ τῆς ὑποκυπτούσης φύσεως. Μέσον γὰρ τούτων ἐπιγιγνώσκει ὁ λόγος οὐδὲν, ὥστε τινὰ φύσεως ἰδιότητα ἐν μεθωρίῳ τοῦ τε κτιστοῦ καὶ τοῦ ἀκτιστοῦ καινοτομηθεῖσαν μεταξὺ τούτων εἶναι νομίζεσθαι, ὡς καὶ ἀμφοτέρων μετέχειν, καὶ οὐδέτε-

A Spiritum cooptari. Nam rex est Filius; regnum autem vivens, et substantiale, et inherens, Spiritus sanctus est, quo unctus Unigenitus, fit Christus atque universi mundi rex. Si ergo rex est Pater, rex item Unigenitus, regnum autem Spiritus sanctus, una est omnino regni in Trinitate ratio. Unctionis autem æmignatica significatio est ut nullam inter Filium et sanctum Spiritum distantiam esse putemus; nam sicuti inter corporis cutem et olei unctionem nihil intermedium nec ratio nec sensus novit, ita indivisa est Filii copulatio cum sancto Spiritu, ita ut opus sit eum qui Christum fide velit attingere, antea accedere ad unguenti contactum: nullum est enim membrum illud, quod Spiritu sancto sit nudum. Propterea confessio de Filii dominatu, in sancto Spiritu a recipientibus sit, quibus per fidem accedentibus undique occurrit sanctus Spiritus. Si ergo naturaliter rex est Filius, dignitas autem regni ipse sanctus Spiritus, quo Filius inungitur, quænam regni jam excogitatur naturalis a se ipso alienatio?

17. Deinde et hoc consideremus: Regnum ex dominatu in subjectos prorsus dignoscitur. Quid ergo regnanti naturæ subjectum est? sæcula profecto et quæcumque in eis sunt ratio nostra imaginatur. « Regnum tuum, » Scriptura inquit, « regnum sæculorum »¹⁷. Sæcula vero dum ait, universum qui circumambit creatum mundum comprehendit, visibilem et invisibilem: namque in sæculis creata fuerunt omnia ab ipsorum sæculorum auctore. Si ergo regnum una cum rege semper intelligitur, subjecta autem creatura diversum quid esse a dominante in confesso est, quænam insania est istorum qui chrisma quidem ceu dignitatem quamdam addunt ei qui suapte natura rex est; simul tamen idem chrisma ad subditorum ordinem depriment, quasi dignitate inferius? Si enim de classe subditorum natura propria Spiritus est, quomodo regali Filii dignitate deponitur, dum unctio regni fit? Sin potius principatus ejus ex assumptione ad participandam regni majestatem ostenditur, cur opus sit hæc omnia pessumdare, dum ad privatam servilemque humilitatem deprimitur, famulæque creaturæ adnumeratur? Neque enim hæc duo de eodem subjecto pronuntiata, utraque vera esse queunt, nempe ut sit Dominus atque subditus. Nam si dominatur, dominium non patitur; sin famulatur, jam non cum regnante natura sociatur. Nam sicut homines cum hominibus, angeli cum angelis et cætera omnia cum homogeneis spectantur, ita cum uno ex alterutris necessario Spiritus sanctus agnoscendus est, vel cum dominante scilicet vel cum subjecta natura. Medium autem in his ratio non agnoscit quidquam; neque existimari potest, aliquam esse naturæ proprietatem inter creatum et increatum, novo modo excogitatum, quæ utrumque participet, neutrum

¹⁷ Psal. CLIV, 13.

tamen perfecte sit. Non enim licet admittere misionem quamdam contrariorum atque connexionem rei creatæ cum increata; neque duo increata in unam hypostasim confundi queunt: etenim non solum evaderet compositum id quod ex hac absurda misione compingeretur, verum etiam dissimilium compositio fieret, et quæ ætate non congruerent: nam quod ex creatione existentiam nasciscitur, omnino recentius est illo quod increatam subsistentiam habet. Si ergo Spiritus naturam ex utraque re mistam dicunt, utique rei antiquioris cum recentiore misionem quamdam sibi animo confingent: eritque, ex horum sententia aliquid se ipso antiquius simul atque recentius, ita ut quatenus increatum antiquius sit, quatenus vero creatum recentius. Quod quoniam in rerum natura fieri nequit, necesse est unum ex his in Spiritu verum evadere, id est increatum.

18. Sed jam et illud quanta scateat absurditate spectemus. Cum creata omnia pari honore sint, propterea quod paræm existentium originem habuerint, quænam erit causa Spiritum a reliquis rebus ita secernens, ut eum cum Patre ac Filio possimus simul ordinare? Postulat enim recta ratio ut id a creatione non sit, quod cum increata natura cernitur consociatum: quod si nihilominus a creatione provenerit, nihil magis valebit, quam reliquæ sibi homogeneæ creaturæ, neque cum superiore poterit natura componi. Quod si forte dicant creatum quidem esse Spiritum, sed tamen plus posse quam rem creatam, rursus comperiemus eandem contra se ipsam pugnare creatam naturam, atque inter dominatum servitiumque bifariam divisam, ita ut pars ejus benefaciat, pars vero beneficium recipiat, pars sanctificet, pars autem sanctificetur; et quotquot bona a sancto Spiritu donari creaturæ creduntur ipsi quidem affluenter adsint scatentia et in alios effusa, sed tamen quatenus creatura est, idem egeat beneficiis illinc manantibus atque gratia; nec nisi participatione aliqua communionem bonorum percipiat ex homogenea natura profusorum. Habet enim electionis ejusdem et personalis prælationis speciem, si cum nulla sit honoris in natura præstantia, haud paria possint ii quorum substantia mutuo non differt. Quam rem nemo sana mente præditus, ut puto, comprobabit: nam vel aliis non præbet siquidem naturaliter non habet; vel si dare creditur, jam in confesso erat prorsus habere. Porro hæc unius divinæ naturæ proprium est et peculiare, nempe ut bonorum sit donatrix, ipsa autem nulla re adventitia indigeat.

19. Deinde et hæc observabimus, nempe in sancto baptismo quid studemus? nonne ut vitam impetremus mortis ulterius non obnoxiam? Neminem sermoni huic contradicendum puto, qui quomodo-cunque Christianis ascriptus sit. Quid igitur? Num vivifica vis inest aquæ, quæ ad baptismi gratiam adhibetur? Nonne cuivis potius exploratum est, aquam corporalis ministerii causa adhiberi, cum

Αρον τελείως εἶναι. Οὐδὲ γὰρ ἐνδέχεται μίξιν τινὰ τῶν ἐναντίων καὶ συμπλοκὴν ἐννοῆσαι τοῦ κτιστοῦ πρὸς τὸ ἄκτιστον συνανακρινάμενων, καὶ δύο τῶν ἐναντίων εἰς μίαν ὑπόστασιν συμμιγνυμένων· ὡς μὴ μόνον σύνθετον εἶναι τὸ διὰ τῆς ἀλλοκοῦτος ταύτης μίξεως ἀναπλασσόμενον, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἀνομοίων ἔχον τὴν σύνθεσιν, καὶ κατὰ τὸν χρόνον οὐ συμφωνούντων· τοῦ γὰρ ἀκτίστως ὑφαστῶτος, τὸ διὰ κτίσεως τῆν ὑπόστασιν ἔχον, μεταγενέστερον πάντως ἐστίν. Εἰ οὖν μεμίσχθαι τὴν τοῦ Πνεύματος φύσιν πρὸς ἐκότερα λέγουσιν, ἄρα καὶ τοῦ πρεσβυτέρου πρὸς τὸ νεώτερον μίξιν τινὰ ἐννοήσουσι· καὶ ἔσται κατ' αὐτοῦ ἐαυτοῦ τι πρεσβύτερον, καὶ ἐαυτοῦ τι πάλιν μεταγενέστερον, ὡς καὶ τῷ ἀκτίστῳ τὸ ἀρχαιότερον ἔχειν, καὶ τῷ κτιστῷ τὸ νεώτερον. Ἐπεὶ οὖν τοῦτο φύσιν οὐκ ἔχει, Β ἀνάγκη πάντως τὸ ἕτερον τούτων ἐπὶ τοῦ Πνεύματος ἀληθὲς εἶναι λέγειν, ὅπερ ἐστὶ τὸ ἄκτιστον.

ιη'. Καὶ γὰρ κάκεινο ὄσιν ἔχει τὴν ἀτοπίαν σκοπήσωμεν. Πάντων τῶν ἐν τῇ κτίσει νοουμένων, κατ' αὐτὸ τοῦτο τὸ διὰ κτίσεως ἐσχηκέναι τὸ εἶναι, τὴν ὁμοτιμίαν ἐχόντων, τίς ἡ αἰτία ἢ τὸ Πνεῦμα τῶν λοιπῶν ἀποκρίνουσα εἰς τὸ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ συταχθῆναι; Εὐρίσκειται γὰρ ἐκ τῆς ἀκολουθίας τοῦ λόγου, οὐκ ὄν ἐκ τῆς κτίσεως τὸ τῇ ἀκτίστῳ συνθεωρούμενον φύσει· ἢ εἰ ἐντεῦθεν εἴη, μὴδὲν πλέον τῆς ὁμοφύλου ἰσχύειν κτίσεως, μὴδὲ δύνασθαι τῇ ὑπερκειμένην συναρμολογεῖσθαι φύσει. Εἰ δὲ λέγοιεν καὶ κτιστὸν εἶναι καὶ ὑπὲρ τὴν κτίσιν δύνασθαι, πάλιν εὐρίσκειται αὕτη πρὸς ἐαυτὴν ἢ κτιστὴ στασιάζουσα φύσις, καὶ μεριζομένη πρὸς τὸ κρατοῦν τε καὶ ὑποχείριον, ὡς τὸ μὲν εὐεργετεῖν, τὸ δὲ εὐεργετεῖσθαι, καὶ τὸ μὲν ἀγιάζειν, τὸ δὲ ἀγιάζεσθαι· καὶ πάντα ὅσα παρὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος χορηγεῖσθαι τῇ κτίσει πεπίστευται, ἐκεῖν μὲν παρεῖναι πλουσίως πηγάζοντα καὶ εἰς ἄλλους ὑπερχεόμενα, τὴν δὲ κτίσιν ἐπιτελεῖ τῆς ἐκεῖθεν ἀναδιδομένης εὐεργεσίας καὶ χάριτος καθεστάναι, καὶ ἐκ μετουσίας δέχεσθαι τὴν τῶν ἀγαθῶν κοινωνίαν τῶν ἐκ τοῦ ὁμογενοῦς προχομένων. Ἀποκληρώσει γὰρ ὁμοιον καὶ προσωπολήψια τὸ τοιοῦτόν ἐστι, μὴδεμιὰς ἐν τῇ φύσει προτιμήσεως ὀσσης, μὴ τὰ αὐτὰ δύνασθαι τὰ κατ' οὐδὲν ἄλλῶν ἐν τῷ εἶναι τὴν διαφορὰν ἔχοντα. Ἄπερ οὐδένα οἶμαι τῶν εὐφρονούντων συνομολογεῖν· ἢ γὰρ οὐ παρέχει τοῖς ἄλλοις, εἴπερ οὐ φυσικῶς ἔχει· ἢ εἴπερ διδόναι πεπίστευται, τὸ ἔχειν πάντως προωμολογῆται. Τοῦτο δὲ μόνης τῆς θείας φύσεως ἰδίον ἐστὶ καὶ ἐξαιρετόν, τὸ παρεκτικὸν ἀγαθῶν εἶναι, αὐτὸ δὲ μηδενὸς ἐπεισάκτου προσδέεσθαι.

ιβ'. Ἐπειτα καὶ τοῦτο σκοπήσωμεν, τῷ ἁγίῳ βαπτίσματι τί διὰ τοῦτου πραγματευόμενοι. Ἄρ' οὐχὶ τὸ ζωῆς μετέχειν οὐκέτι θανάτῳ ὑποκειμένης; Οὐδένα ἀντειπεῖν οἶμαι· τῷ λόγῳ τὸν γε καὶ ὀπωσοῦν ἐν Χριστιανοῖς ἀριθμούμενον. Τί οὖν; Ἄρ' ἐν τῷ ὕδατι ἢ ζωοποιὸς ἐστὶ δύναμις τῷ συμπαραλαμβανομένῳ πρὸς τὴν τοῦ βαπτίσματος χάριν; Ἡ παντὶ δήλον ἐστὶ τοῦτο μὲν τῆς σωματικῆς ἔνεκεν διακονίας παρεῖ-

ληπται, οὐδὲν παρ' ἑαυτοῦ πρὸς τὸν ἁγιασμὸν εἰσφε-
 ρόμενον, εἰ μὴ μεταποιηθεῖ διὰ τοῦ ἀγιάσματος· τὸ
 δὲ ζωοποιῶν τοὺς βαπτιζομένους, τὸ Πνεῦμά ἐστι,
 καθὼς φησιν ὁ Κύριος περὶ αὐτοῦ τοῦτο λέγων τῇ
 Ἰθά φωνῇ, ὅτι, « Τὸ Πνεῦμά ἐστι τὸ ζωοποιῶν. »
 Ζωοποιεῖ δὲ οὐκ αὐτὸ μόνον εἰς τὴν τελειώσιν τῆς
 χάριτος ταύτης διὰ τῆς πίστεως λαμβανόμενον, ἀλλὰ
 χρὴ τὴν εἰς τὸν Κύριον προὑποκεισθαι πίστιν, δι' ἧς
 ἡ ζωτικὴ χάρις τοῖς πιστεύουσι παραγίνεται, καθὼς
 εἴρηται παρὰ τοῦ Κυρίου, ὅτι Οὗς θέλει ζωοποιεῖ.
 Ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ ἡ διὰ τοῦ Υἱοῦ διακονουμένη χάρις
 ἤρτηται τῆς ἀγεννήτου πηγῆς, διὰ τοῦτο προηγείσθαι
 τὴν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς πίστιν ὁ λόγος διδά-
 σκει, τοῦ ζωογονοῦντος τὰ πάντα, καθὼς φησιν ὁ
 Ἀπόστολος, ὡς ἂν ἐκεῖθεν ἀφορμηθεῖσαν τὴν ζωο-
 ποιῶν χάριν, καθάπερ ἐκ πηγῆς τινος τὴν ζωὴν πη-
 γαζούσης διὰ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ, ὅς ἐστιν ἡ ἀλη-
 θὴς ζωὴ, τῇ ἐνεργείᾳ τοῦ Πνεύματος τελειοῦσθαι
 τοῖς ἀξιουμένοις. Εἰ οὖν ἡ ζωὴ διὰ τοῦ βαπτίσματος,
 τὸ δὲ βάπτισμα ἐν ὀνόματι Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ
 Πνεύματος ἁγίου τὴν τελειώσιν ἔχει, τί λέγουσιν οἱ
 τὸ παρεκτικὸν τῆς ζωῆς ἀντ' οὐδενὸς λογιζόμενοι;
 Εἰ γὰρ μικρὰ ἡ χάρις, εἰπάτωσαν τὸ τῆς ζωῆς τι-
 μιώτερον. Εἰ δὲ πᾶν ὃ τί πέρ ἐστι τίμιον τῆς ζωῆς ἐστι
 θεύτερον, ἐκεῖνης λέγω τῆς ὑψηλῆς καὶ τιμίας, ἢ κατ'
 οὐδὲν ἐπικουινεῖ ἢ ἄλογος φύσις, πῶς τολμῶσι τὸ
 τηλικούτων χάρισμα, μᾶλλον δὲ αὐτὸ τὸ παρεκτικὸν
 τοῦ χαρίσματος κατασμηκρύνειν ταῖς ἐκτῶν ὑπολή-
 ψεσι, καὶ καταστῆναι εἰς τὴν ὑποχείριον φύσιν θείας
 τε καὶ ὑψηλῆς διαξέζαντες; Εἶτα καὶ εἰ μικρὸν τὸ
 τῆς ζωῆς λέγουσι χάρισμα, ὡς μηδὲν διὰ τούτου
 σεμνὸν τε καὶ μέγα τῆ φύσεως τοῦ χαριζομένου ἐμφαι-
 νεσθαι, πῶς οὐ λογιζονται τὸ ἀκόλουθον, ὅτι ὁ αὐτὸς
 ἀναγκάσει λόγος καὶ περὶ τοῦ Μονογενοῦς καὶ περὶ
 αὐτοῦ τοῦ Πατρὸς μηδὲν ὑποτίθεσθαι μέγα τῆς αὐτῆς
 ζωῆς, ἣν διὰ τοῦ Πνεύματος ἔχομεν, ἐκὰς τοῦ
 Υἱοῦ παρὰ τοῦ Πατρὸς χορηγουμένης;

κ'. Ὅστε εἰ μικρὸν ὑπολαμβάνουσι τὸ δῶρον οἱ
 καὶ τῆς ζωῆς ἑαυτῶν ὕβρισται καὶ πολέμοι, καὶ διὰ
 τοῦτο τὸ παρεκτικὸν τῆς χάριτος ταύτης ἀτιμάζειν
 ἐγνώκασι, μὴ λανθανέτωσαν οὐχ ἐνὶ προσώπῳ τὴν
 ἀχαριστίαν περιορίζοντες, ἀλλὰ διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύ-
 ματος ἐπὶ τὴν ἁγίαν Τριάδα τὴν βλασφημίαν ἐκτείν-
 οντες. Ὅσπερ γὰρ ἡ χάρις ἀδιασπᾶστος ἀπὸ τοῦ
 Πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος ἐπὶ τοὺς
 ἀξίους ῥέουσα φέρεται, οὕτως καὶ ἡ βλασφημία εἰς
 τὸ ἔμπαλιν κατὰ διάδοσιν ἀναλύουσα, ἀπὸ τοῦ Υἱοῦ
 ἐπὶ τὸν τῶν ὄλων Θεὸν διεξέρχεται. Εἰ γὰρ δι' ἀνθρώ-
 που ἀθετηθέντος ὁ ἀποστελλας ἠθέτηται, καίτοι πόσον
 τὸ μέσον μεταξὺ τοῦ ἀνθρώπου καὶ ἀποστελλαντος,
 τί χρὴ λέγειν ἡλικὴν ὑποσημαίνειν κατὰ κρισιν τοῖς
 κατατολμῶσι τοῦ Πνεύματος; Τάχα διὰ τοῦτο ἀσυγχώ-
 ρητον κρίμα κατὰ τῆς τοιαύτης βλασφημίας παρὰ (12)
 τοῦ νομοθέτου κεκρύβηται. ἐπειδὴ πᾶσα δι' αὐτοῦ ἡ
 μακαρία τε καὶ θεία φύσις ἐν τῇ προαιρέσει τοῦ βλασ-
 φημοῦντος συγκαθιδρύεται. Ὅσπερ γὰρ ὁ εὐσεβὴς
 τὸ Πνεῦμα δεξάμενος, εἶδεν ἐν τῷ Πνεύματι τοῦ

reapse nihil ad sanctificationem conferat, nisi per
 sanctificationem vis ejus immutetur? Qui autem
 baptizatos vivificat, Spiritus est, sicut ait de
 ipso Dominus suæ vocis oraculo: « Spiritus est
 qui vivificat ¹⁵. » Vivificat autem non ipse solus
 ad hujus gratiæ perfectionem fide susceptus, sed
 oportet fidem erga Dominum præcellere, per quam
 vitalis gratia creditibus conciliatur, sicut a Do-
 mino dictum est ¹⁶, eum nempe quos vult vivifi-
 care. Sed quia gratia quoque per Filium ministrata,
 abs non genito fonte pendet, idcirco tradit doctrina
 nostra præmittendam esse fidem in Patris nomen,
 vivificantis omnia, ut ait Apostolus ¹⁶, ita ut illinc
 oborta, tanquam ex fonte quodam vitam fundente
 per unigenitum Filium qui est vera vita, operante
 Spiritu, in hominibus dignis perficiatur. Si ergo
 vita per baptismum fit, baptismus autem in nomine
 Patris et Filii et Spiritus sancti perfectus demum
 evadit, quid aiunt isti qui ministrum vitæ Spiritum
 flocci faciunt? Si enim exigua gratia est, dicant
 quid vita sit pretiosius. Sin quidquid est pretiosum
 vilius est vita, illa, inquam, excelsa et honorabilis
 quam nullatenus participat irrationalis natura,
 quomodo audent tale tantumque donum, imo ipsum
 doni datorem, suis cogitatibus imminuere, atque
 ad subditam naturam deprimere, ab excelsa illa et
 divina abstrahentes? Deinde etiamsi tenue dixerint
 vitæ donum, ita ut nihil inde augustum ac magnum
 de natura donantis reveletur, quomodo non consi-
 derant rei consequentiam, nempe quod eadem ra-
 tiocinatio cogit de Unigenito quoque et de ipso
 Patre nihil magnum, ob ipsam vitam censere, quam
 per Spiritum habemus a Patre, mediatore Filio,
 suppeditatam?

20. Quamobrem si forte exiguum æstimant
 donum hi vitæ suæ contemptores et hostes, ideo-
 que datorem gratiæ hujus dehonostandum judi-
 cant, nolim nesciant se haud adversus unam per-
 sonam esse ingratos, sed blasphemiam suam per
 sanctum Spiritum ad sanctam Trinitatem exten-
 dere. Sicut enim gratia indivisa a Patre per Filium
 ac Spiritum decurrens fertur, sic etiam blasphemia
 retrogrado velut cursu revoluta, a Filio ad uni-
 versalem Deum pergit. Nam si causa hominis im-
 probati, is qui misit improbatum, tantum licet in-
 intervallum sit inter hominem illum atque mitten-
 tem, quis dicat quanta damnatio portendatur iis
 qui adversus Spiritum audent? De tali fortasse
 blasphemia inveniabile illud decernitur a legislatore
 judicium ¹⁷: quandoquidem tota per Spiritum beata
 ac divina natura, voluntate blasphemantis, simul
 injuria afficitur. Nam sicut qui pie Spiritum recepit,
 cognoscit in ipso Spiritu gloriam Unigeniti; Fillum
 utem noscens, imaginem noscit infiniti, et per

¹⁵ Joan. vi, 64. ¹⁶ Joan. v, 21. ¹⁷ I Tim. vi, 13. ¹⁸ Matth. xii, 32.

(13) Cod. κατά.

imaginem menti suæ archetypum imprimit, ita scilicet etiam hic maledicus atque contemptor, cum audet aliquid adversus Spiritus majestatem, consequenter ad Patrem usque, intermedio Filio, blasphemiam intendit. Quamobrem paveant, si certe sapiunt, ne quid hujusmodi tenere audeant; cujus rei finis erit omnimoda audentis perniciēs, sed pro viribus potius extollant verbis suis Spiritum, imo et ante verba, mente eum subliment: neque enim fieri potest, ut nonnisi cum verbis mens extollatur. Cumque in summum humanarum virium cacumen conscenderis, id est quatenus mens humana intellectum suum in sublimes magnosque conceptus dilatare potest, tunc putate inferiorem esse illa eximia dignitate, prout dicitur in psalmodia, nempe postquam exaltaveritis Deum nostrum, tunc demum vix adorabilis scabellum pedum ejus¹⁸. Causa vero cur ejus dignitas sit incomparabilis, nulla est alia nisi quia sanctus est.

Col. 80 B. *Πρὸς ἄπαν τήν.* Theodoretus πρὸς πᾶσαν τὴν συναίσθησιν ἄρει τό. *Ad omnem consensum secum trahit id quod parti unitum est;* sed concinniorum esse lectionem alteram vidit alius interpres Theodoretus scribens, *totum hominem unitum illi parti ad sentiendum exsuscitat.*

Ibid. C. *Κατὰ τὸ συνεχές.* Facile abesse potest istud κατὰ sicut a Theodoretis textu abest, ut legamus, ἐπὶ τὸ πᾶν διεξέρχεται τὸ συνεχές, *Transit ad universum, quod est in natura continuum et unitum, ex parte toti impurita et communicata. Quid enim.*

Col. 82 A. *Aut utrorumque.* Ἡτῶν κατὰ ἕτερον τοῦ παντὸς περιόντων τὴν σύστασιν. Ita legitur in Vulc., ex quo interpres, *aut eorum quæ sunt in altera universitatis parte consistentiam.* Sanior est duum aliorum codicum textus Reg. et Mor. τῶν κατὰ ἑκάτερον τοῦ παντὸς περάτων. Quem secuti sumus.

Ibid. C. *Hoc in loco.* Conjecturam in margine appositam expressit typographus Vulcobiani codicis; nam in textu erat *καίριον μὴ* mendose, unde expressit hæc interpres, *hic medium et fastigium una complectitur appellatione, ut qui.* Corrigendum fortasse putavit καὶ ἀρχήν, vel ἄκραν sed emendator fuit liber alter Morel. Regii auctoritate corroboratus, τὴν μέσην κεφαλίαν μὴ προσηγορία atque adeo codicis, cuius obligit usus Pet. Morello, ut ex ipsius versione constat, quam hic edimus; κεφαλίαν igitur transversum lignum appellat crucis, a similitudine τῆς κεφαλᾶς τῶν νεῶν, antennæ navium, quæ et ipsa transversum est lignum, ex quo velum pendet.

Col. 86 D. *Nam quod omnino.* Truncata exhibebatur magna sui parte in Vulcob. hæc sententia, quemadmodum et apud interpretem: *Nam quod omnino simul versetur, per divinitatem testantur miracula, quamobrem quod Deus adsit, per omnia nullam habent dubitationem.* Nos eam integram ex aliis duobus Reg. et Mor. expressimus.

Col. 87 D. *Et sicut ille.* Vox ἀνωθεν idem valet, quod ἐξ οὐρανοῦ, quemadmodum Joan. iii, 31, Ὁ ἀνωθεν ἐρχόμενος, *Qui desursum venit:* quod aliis verbis deinde repetit, ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐρχόμενος. *Qui de cælo venit, super omnes est.* Tertullianus quidem ita citat lib. *De baptismo*, cap. x, *Qui de terra est, de terra loquitur: qui de supernis venit, super omnes est: et I Corinth. xv, 47, Secundus homo de cælo cælestis.* Recte igitur immutavimus illud interpretis, *Et sicut ille qui homo erat, et superius cum accepisset immortalitatem.*

Col. 91 A. *Sive lavacri.* Contrarium penitus asserbat antea Nysseus errore librarii vel interpretis, *etiamsi lavacri gratiam non acceperit, et in eo minime fuerit initiatus.* Consentiant tamen duo mss. codd. in asserenda recepta sententia.

Col. 94 A. *Per utrumque.* Monueramus omissum suisse, quod duo mss. suggerebant, δι' ἀμφοτέρων, per utraque hoc est per animam et corpus, sed in Morel. quidem sic erat, ἀνάγκη τοῦ πρὸς τὴν ζωὴν καθηγουμένου τοὺς σωζομένους ἐφάπτεσθαι, *neesse est, ut qui servantur, per utrumque attingant eum, qui ducit ad vitam, cui lectioni favet et Regius: sed rectius tamen Vulcob. τῷ πρὸς τὴν ζωὴν καθηγουμένῳ τοὺς σωζομένους ἐφάπτεσθαι.* Petr. Morel. *neesse est, ut qui servantur, ejus, qui ad vitam præmonstrat iter, vestigia sequantur.* Similis sententia apud Chrysostomum *Homil. lxxxiii, in Matth.:* *Εἰ μὲν γὰρ ἀσωματος εἶ, γυμνὰ ἀν' αὐτά σοι τὰ ἀσωματα παρέδωκε δῶρα· ἐπει δὲ σώματα συμπέπλεκται ἡ ψυχὴ, ἐν αἰσθητοῖς τὰ νοητά σοι παραδίδωσι. Nam si tu incorporeus esses, nuda ipsa dona incorporea tradidisset tibi: quoniam vero corpori conjuncta est anima tua, in sensibilibus intelligenda tibi traduntur.*

Ibid. *Quomodo enim.* Ex hoc loco ad finem usque capitis omnia ferme sunt ab Euthymio exscripta, et in titulum translata 21, partis II, *Panopliæ dogmaticæ*, ut doctrinam de transmutatione Dominici corporis et sanguinis Gregorii nostri auctoritate

confirmaret, atque hoc totum una cum Liturgiis sacris utraque lingua est editum Lutetiae apud Guil. Morellium an. 1509, qua ex editione variantes lectiones excerpimus, ac primum illius loci hujus paginæ τῆς ζωῆς ἡμῶν καθήρξατο, nam legebatur illic, τῆς ζωῆς ἡμῶν καθήρξ., et paulo post πρὸς ἐαυτὴν ἐξομοιοῖ· οὕτω τὸ ἀθανάτισθén. Et ita Morelli codex, itemque Zinus interpres Euthymii, *sic et corpus illud quod a Deo factum est immortale, in nostrum corpus ingreditur.* Emendandum igitur in utroque textu ἀθανάτισθén, *ita corpus factum immortale, cum fuerit intra nostrum.* Cyrillus etiam Alexandrinus in explanatione Anathematismi undecimi tom. I. *Concilior.* edit. Romanæ pag. 511, dicit in Eucharistia suscipi, ὡς ἴδιον σῶμα γερονδὸς τοῦ πάντα ζωοποιούντος Λόγου, *Ut proprium corpus effectum Verbi quod omnia vivificat.*

Col. 95 B. *Ὡς γὰρ τοῦ φθοροποιῦ.* Editio Morelli ὡς γὰρ τῷ φθοροποιῷ χρ. τ. υ. ἀναμειγθέντι, et paulo post, *et μηδὲ διὰ βρώσεως, nisi per cibum et potum,* ut in eadem pagina, *et μηδὲ διὰ τῆς κοινωνίας.*

Ibid. D. *Méveiv.* Edit. Mor. μένειν ἐφ' αὐτοῦ ὅλον, et ms. Mor. ἐφ' αὐτοῦ.

Col. 95 C. *Nam si ejusvis.* Omnes libri et calamo exarati et excusi σώματος; legunt, *cur igitur interpres sic edidit? Nam si cujuslibet hominis substantia seu consistentia est ex alimento, id autem est cibus et potus.*

Col. 95 D. *Etenim panis.* Zinus aliter vertit, *Etenim corpus illud panis erat potentia.*

Ibid. *Τὸ ἐν ἐξέλτῳ.* Manifestum est mendum tollendum ex ms. Mor. et editione Morel τὸ ἐν ἐξέῳ σώμα. Zinus, *Quomodo unum illud Christi corpus omnium hominum, in quibus est fides, naturam vivificaret?* item πρὸς πάντας μεριζόμενον.

Col. 96 A. *Ἐτι δὲ οὐχ ἡ αὐτὴ.* Edit. Morel. *ἔστι δέ. Nec eadem tamen est omnibus.*

Ibid. B. *Τροφῆς καθισταμένης.* Rectius edit. Morelli cum ms. Morelli μεθισταμένης *incorporis speciem immutatam,* et non longe ab his διευκρινθέντων. Ἐγγύς τοῦ. Ita Mor. ms., at edit. Morelli ἐνδὸς τοῦ εἰκότος.

Ibid. D. *Ἐξείῳ γινόμενον.* Emendandum ex edit. Morelli, licet reclamant omnes manuscripti, ἐξείῳς γινόμενος, et astipulatur Zinus clare interpretans, *quoniam panis in corpore existens corpus evadit.*

Ibid. *Οὕτω κάκσι.* Edit. Morelli οὕτω κάκσιον τὸ θεοδόχον. Zinus, *ita divinum illud corpus,* et pro πιστεύομαι, edit. Morel. *πιστεύομεν, credimus immutari.*

Col. 97 A. *Ἄγιον ἐποιεῖτο.* Edit. Mor. et ms. Morel. ἄγιον ἐποίησε τὸ σῶμα. Zinus, *sanctum effecit illud corpus.*

Col. 97 A. *Ἐν τῷ ζῆν.* Edit. Morel. πρὸς τὸ ζῆν δυναμοῖτο, *ad vivendum corroboretur;* at Zinus receptam tuetur lectionem *in vita potest permanere.*

Ibid. B. *Τὸν αὐτόν.* Edit. Morel. τῷ αὐτῷ τρόπῳ.

Ibid. C. *Ἐξείῳ σάρξ.* Edit. Morel. et ms. Mor. cum Herveto ἐξείῳ σάρξ. Zinus, *divina illa caro.*

Col. 98 A. *Non eo quidem quod.* Quoniam insignis hic locus est, valetque plurimum ad revincendos cum hæreticos, qui transubstantiationem negant, tum schismaticos, qui consecrationem vi Christi verborum fieri non ita ut par est, admittunt, idcirco ex collatione codicum mss. restituendus, et suppletis interpretum defectibus exponendus fuit, expunctis illis Herveti verbis, *et orationem non per cibum et potum procedens ad corpus Verbi, sed a verbo, quemadmodum dictum est transmutatus, nempe Hoc est corpus meum.* Dum enim vertit, sed a verbo transmutatus, et Morellus, statim a verbo in corpus, itemque Zinus apud Euthymium per verbum in corpus mutatus, legisse videntur, εὐθὺς δὲ τῷ λόγῳ πρὸς τὸ σῶμα, eaque fuit lectio Regii cod. et Morel. itemque editionis Morelli: at in altero Vulc. sic erat, εὐθὺς πρὸς τὸ σῶμα τοῦ Λόγου μετα-

ποιούμ., *sed quod statim in corpus Verbi transmucitur.* Priori lectioni suffragatur et Justinus martyr. *Apolog.* 2, pag. 77, edit. Commel.: Οὕτω καὶ τὴν δι' εὐχῆς Λόγου τοῦ παρ' αὐτοῦ εὐχαριστήθεισαν τροφήν ἐξέλκω σάρκα ἐδιδάχθημεν εἶναι. *Ad eundem modum etiam eam quæ per preces verbi ab ipso profecti benedicta est, alimoniam, illius carnem esse edocti sumus.*

Ibid. B. *Manifestatum.* Verior lectio ms. Mor. et edit. Morel. φανερωθεὶς Θεός. Zinus, *Deus autem qui nobis se patefecit*, et ex iisdem corrigendum illud συναποθεωρηθῆ, scribendumque συναποθεωθῆ.

Col. 99 B. *Nam prout.* Excusa est lectio codicis Mor., nam Vulcobianus habuit, καὶ τὸ γεννώμενον, id æque Regius præ se fert, unde suspicabar scribendum καὶ τὸ γεννώμενον, quod interpret ediderit, *Nam convenienter affectioni cordis ejus, qui accedit ad dispensationem, est in potestate ejus qui gignitur:* et quod præcesserit, ὁ ἐν τῇ Τριάδι γεννώμενος, itemque sequatur paulo post ἐγγεννηθῆναι βίω, καὶ τῇ τῶν γεννώντων φύσει.

Col. 102 A. *Si ergo homo.* Inmutavimus verba interpretis, qui negationem non necessariam adjungebat, *Si ergo homo quidem cum sit creatus, Spiritum esse creatum, et unigenitum Deum non esse existimat, is una spe ducetur, ut qui se resolvit a transitu, sed quoniam dixerit ante debere Christianum τῆς ἀκρίστου φύσεως εἶναι πιστεύειν τὴν ἀγίαν Τριάδα, propterea Vulcob. et Mor. codicum lectionem repræsentandam et in versione sequendam censuimus.*

Ibid. 1 B. *Quod videantur.* Ms. Morel. οὐχὶ τῶ ὄντι γεννώμενοι, et Petr. Morellus, *errore seipso implicantes, dum se regeneratos existimant, nec re vera sunt.* Maluimus tamen innotato numero insistere verbis Herveti, qui lectionem alteram Regii et Vulcobiani secutus scripserat, *quod videatur tantum et non sit re vera generatum, οὐχὶ τῶ ὄντι γεννώμενον.* Horum nimirum iustitia non est similis illi quam in Aristide laudat Plutarchus versus Æschyli, οὐ γὰρ δοκεῖν δίκατος, ἀλλ' εἶναι ὀλεει.

Ibid. C. *Si ergo quæ fit.* Legerat interpret, ut editum est e Vulcobiano, quocirca scripserat, *Si ergo fit desuper generatio et reformatio hominis, at manu-*

scriptus alter hæc sic extulit, ἀναστοιχίστως τις τοῦ ἀνθρώπου, *fit quædam instauratio.* Aptius quoque illud ἀνωθεν verteretur, *denuo quemadmodum* Joan. iii, 3: Ἐὰν μὴ τις γεννηθῆ ἀνωθεν. *Nisi quis natus fuerit denuo, non ut Joan. iii, 51, ὁ ἀνωθεν ἐρχόμενος, qui desursum venit.* Paulo post attingitur locus Isaïæ ni fallor ex cap. 1, 16: Λούσαθε, καθαροὶ γίνεσθε, ἀφέετε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν: *Lavamini, mundi estote, auferite nequitias ab animabus vestris.*

Col. 105 A. *Animi turpiter.* Interpres, *non turpitudine libidinum.* Quidquid legerit, θυμός, aut pro animo, aut pro sola ira, vel furore sumi potest: at ἐπιθυμία, cupiditas vel libido.

Ibid. C. *Suavis Dominus.* Expunximus vitiosam lectionem, *Christus Dominus universis non infert iram:* utpote natam ex mendosa lectione Χριστὸς κύριος, pro χρηστός, unde et Petr. Morellus, *Christus Dominus non in universos irascitur.* Psalm. cxlii, 9, Hieronymus, *Bonus Dominus omnibus.* S. Augustinus quod sequitur ex psalmo vii, 12, ita vertit, *non iram adducens persingulos dies, et huc allusisse videtur Paulus, non ad locum Job xxxi, 2, cum ait iii, ad Rom. 5: Μὴ ἄδικος ὁ Θεὸς ὁ ἐπιζέρων ὄργην; Nunquid iniquus est Deus, qui infert iram?*

Col. 106 B. *Nunc quidem.* Hæc a præcedentibus divulserant aliæ editiones nova inchoata periodo, cum ad eandem pertineant; qua finita Morelli codex Catecheticum hunc librum finiebat, alter autem Vulcobianus Græca subiciebat, quorum interpretatio sequitur attexta ex Herveti editione; nam Petr. Morellus ad suæ calcem hæc annotavit. *Hoc loco finem sortitur hic major D. Nysseni Catecheticus in plerisque exemplaribus: unicum quod est D. Herveti ea, quæ sequuntur adjicit quæ quanquam non sunt ἀπροσδιόνυσα, libri tamen alicujus adversus Severum præfatio potius, quam hujus Catechetici percratio esse videntur.* Regius autem manuscriptus appendicem hanc non habuit. Porro Severus pseudomonachus Eutychianus, dux Acephalorum hæreticorum circa annum Domini 513. longe post Nyssenum vixit, damnatusque fuit in Synodo Constantinopol. a Justino Imperatore congregata. Vide Zonaram et Cedrenum in Justino.

IN EPISTOLAM DE PYTHONISSA.

Celebrem fuisse controversiam et multis utrinque disputationibus agitatam de Pythonissa, quæ Saûli regi Samuelis animam evocare conata est, cum ex sententiis Patrum, quos enumerabimus constat, tum ex Hieronymo in *Catalogo scriptor. Ecclesiast.*, qui Methodium Tyri Episcopum tradit *adversus Origenem* de Pythonissa librum scripsisse, et Eustathium Antiochenum adversus eundem *De engastrimytho*, hoc est *De ventriloqua muliere*; sed Nysseno quoque Gregorio tribuebat hanc epistolam manuscriptorum codex Collegii nostri Lotharingei Ponti ad Moutionem, qui nonnulla alia similis argumenti opuscula complectebatur. Quod autem ait non longe a principio quibusdam placuisse veram fuisse ψυχαγωγίαν, id est *evocationem animæ* Samuelis, testantur etiam Origenes tom. xxvii, in *Joan. em.* et Hieronymus in 7. *Isaïæ*, atque id ipsum auctoritate suæ opinionis confirmant Josephus lib. vi. *Antiquit.* cap. 15; Justinus in Dialogo cum Tryphone. Basiliius Epist. 80, ad *Eustachium*. Ambrosius in 1. *Lucæ*, et Augustinus lib. *De cura pro mortuis* pag. 15, idemque inter recentiores docent Lyranus, Fostatus, Dionysius Carthusianus et Caietanus qui gravissimo præcipue nituntur Ecclesiastici testimonio cap. xlvi,

23. *Et post hæc dormivit (Samuel) et notum fecit regi, et ostendit illi finem ritæ suæ, et exaltavit vocem ejus de terra in prophetia delere impietatem gentis.*

Col. 107. In tit. A. *De ventriloqua.* Quam LXX, I Reg. xxviii, 7. Γυναίκα ἐγγαστριμύθου dixerunt, *ventriloquam mulierem* vertimus secuti Hieronymum jam citatum, Augustinum ii. *De doctrina Christ.* cap. 23, et antiquiorem illis Tertullianum qui lib. iv, *adv. Marcionem* cap. 25, illud Isaï, xliv, 25, Διασκεδάσει σημεῖα ἐγγαστριμύθων, reddidit Latine, *Disjiciet signa ventriloquorum*, eodemque modo Levitici xix, 31, Οὐκ ἐπακολουθήσετε ἐγγαστριμύθοις, *Non sequemini ventriloquos.* In quem locum annotat Theodoretus, quosdam a dæmonibus agitato multos deceptis, perinde ac si prædicerent, quos ἐντερομάντις Græci appellant, quippe quod ab intus videatur dæmon loqui. Idem docent Cyrilli et Hesychii lexica, dæmonem scilicet ex ventre mulierum illarum loqui solitum. Apud Hebræos etiam simili ratione videtur dæmonium istud טַמְאָה וּפְתָאָה appellari, quod mulierum ejusmodi a dæmone obsessarum ventres instar utres intumescerent. Sumitur autem ea vox et pro mago quovis, qui pacto

cum dæmone inito divinat; unde Vulgata illud Levit. xix, 31 vertit, *Non declinetis ad magos*; et Isai. xlii, 25. *Irrita faciens signa divinatorum*. At I Reg. xxviii, 7, *mulier Pythonem habens* Hebraice dicitur *אִשׁת פִּיְתוֹן* *domina Pythonis*, sic Actor. xvi, 16, *Παιδίσκη ἔχουσα πνεῦμα Πύθωνος*, puella spiritum Pythonis habens: ut nomen istud non magis Pythonis serpentis proprium sit, quem Apollo Pythius interemit, quam serpentis antiqui illius, qui vocatur diabolus et Satanas Apocal. xii, 9. Accommodat hanc vocem illis dæmonibus, qui videntur e sepulcris mortuorum, vel subterraneis locis edidisse responsa. Vulgata auctor Isa. xxix, 4. *Et erit quasi Pythonis de terra vox tua LXX*, οἱ φωνοῦντες ἐκ τῆς γῆς, *loquentes de terra*. Ubi Hieronymus notat Aquilam verissime magos, et νεχρομαντεῖαν magorum intelligit, per quam animas evocare dicuntur.

Ibid. B. *Animarum evocationem*. Sic reddidimus Latine vocem ψυχαγωγία, quasi ψυχαγωγία, quam et Gregorius Nazianzenus in Julianum conjungit cum μαγεία, sit animarum eductio seu evocatio, ut ait Justinus in *Dialogo* pag. 260, τὴν Σαμουὴλ ψυχὴν κληθῆναι ὑπὸ τῆς ἐγγαστριμύθου, *evocatam esse a ventriloqua*. Basiliius epist. 80: Καὶ ἡ ἐγγαστριμύθος ἐν ταῖς μαγανείαις αὐτῆς ψυχαγωγούσα τὸν Σαούλ τὰς ἐπιζητούμενας ψυχὰς θεοῦ ἐτοραχέει φησὶν, quæ Siphianus vertit, *Et Pythonissa ventriloqua divinationibus suis et animarum evocationibus oblectans Saulem*; relictus Mycræus, et mulier illa Pythonica, quæ Saulem ab inferis incantationibus suis evocavit cum videret animas, quæ requirebantur, *Deos se videre dicebat*. Sed corrigendum est in Græco pro τὸν Σαούλ, τὸν Σαμουὴλ, et apud utrumque interpretem, quæ Saulem.

Col. 110 A. *Hiatus versus impios*. Corrigendum est in Græco διήρητο, pro διήρατο, cæterum vocem chaos retinimus, ut alludere constaret Nysseum ad illud Evangelistæ Lucæ xvi, 26. Χάσμα μέγα ἐστῆριχται chaos magnum firmatum est, vel ut alii legendum putant, chasma magnum, tametsi constanter apud Latinos Patres scriptum reperimus chaos. Hieronymus in cap. iii, Ecclesiastæ. *Et Evangelium chaos magnum interpositum apud inferos, et Abraham cum Lazaro et divitem in supplicis esse testatur*. Ambrosius in xvi, Lucæ. *Inter hunc igitur divitem et pauperem chaos magnum est, quia post mortem nequeunt merita mutari*. Augustinus ad Simplicianum quæst. 3. *Cum Dominus inter divitem et illum qui ad januam ejus jacebat magnum chaos interjectum esse testetur*. Tertullianus vero iv, advers. Marcionem, 34, *Magnum ait intercedere regiones istas profundum et transitum utrinque prohibere*. Augustinus demum lib. ii. Quæstionum Evang. 38, loca intelligit, in quibus torquentur impii, ad quæ justis etiam si velint transire non possint.

Ibid. C. *Numinis instinctus*. In ms. legebatur κατὰ κωλὰς, sed emendandum censuimus κατακωλὰς: nam κατέχεσθαι idem valet, quod ἐνθεον εἶναι. De quo vide Budæum in Commentariis pag. 867. Unde apud Plutarchum in Alexandro conjungi videmus κατοχὴς καὶ ἐνθουσιασμοῦς. Cæterum pro κατοχὴ scribitur etiam sæpe κατακωλή, ut apud Clementem Alexandr. lib. iii. *Pædag.* cap. xi, καὶ κατοχὴ τῶν ὁρθῶς εἰρημέων, et in Palatino codice, κατακωλή τῶν ὁρθῶς.

Col. 111 B. *Dii gentium dæmonia*. Locus est Psal. xcvi, 5. Porro eodem argumento utitur et Cyrillus Alexand. lib. i. *De adorat. in spiritu*. Quod si quis putet evocatam revera fuisse prophetæ animam et mulieris verbis tribuerit veritatem: ergo quia eadem dixit deos et terra ascendentes se vidisse, non divinationis moribus condonet falsitatem, sed revera deos esse putet quosdam ejusmodi ordinis, qui existant et terra; cum ille, qui secundum naturam Deus est, unus sit ac solus.

Ibid. C. *Cras tu et Jonathan*. Hoc eodem tibicine conjecturam suam fulcire nititur Augustinus lib. ii,

ad Simplicianum quæst. 3: *Et forte hoc est quod cum illa imago Samuelis Saulem prædiceret moriturum, dixit etiam secum futurum: quod utique falsum est*. Magno quippe intervallo post mortem separari bonos a malis in Evangelio legitur. Tuetur enim hanc sententiam de spectro Samuelis a dæmone efflato præter Cyrillum et Augustinum jam citatos, Tertullianus de anima cap. 57: *Nec enim Pythonico spiritui minus licuit animam Samuelis effingere post Deum mortuos consulente Saule*. Justinus quæst. 52 ad orthod.: Ἡ δὲ ἀλήθεια τῶν ὁρημάτων γέγονεν ἐκ τοῦ Θεοῦ τοῦ δωδεκάτοτος τῷ δαίμονι ἐν σχήματι τοῦ Σαμουὴλ ὁφθῆναι τῇ ἐγγαστριμύθῳ, καὶ δεῖξαι τοῦ μέλλοντος τὴν δόλωσιν. *Veritas autem dictorum a Deo fuit, qui potestatem dæmoni permisit, ut in forma Samuelis Pythonissæ appareret, et futurum eventum significaret*. Idem auctor quæst. Veteris et Novi quæst. 27, et auctor librorum *De mirabilibus sacræ Scripturæ* lib. ii, cap. xi, Anastasius Quæst. in Script. 37: Procopius et Eucherius in ii. lib. Regum: Basiliius in cap. viii. *Isaie*, Isidorus lib. 8. *Etymolog.* cap. 9. Sed illa tamen ratio necessaria non est quæ depromitur ex dicto imaginis Samuelis; potuit enim illud *Mecum eris*, non ad æqualitatem felicitatis, sed ad parem conditionem mentis referri, quod uterque homo fuerit, et uterque mori potuerit, jamque mortuus vivo mortem prænuntiabat ut ait ibidem Augustinus, et ad Dulcitium quæst. 6. Itaque tutior et verior eorum videtur sententia qui non a Pythonissa evocata, sed Dei jussu venisse animam Samuelis tradunt ut plerique Patrum jam citati in prima annotatione, et Theodoretus in *I Regum* quæst. 62. *Deus efformata ut voluit specie Samuelis, protulit sententiam non per adversarios, cum hoc non potuerit facere ventriloqua*.

Ibid. C. *Hanc enim consuetudinem*. Illustrat hoc exemplis Augustinus Quæst. 3, ad Simplicianum. *Imaginarium illusionem propterea Scriptura nomine Samuelis appellat, quia solent imagines rerum earum nominibus appellari quarum imagines sunt*. Sicut omnia quæ pinguntur et finguntur ex aliqua parte materiæ metalli aut ligni, quæque videntur in sonitu, et omnes fere imagines earum rerum, quarum imagines sunt, appellari nominibus solent: ita Cicero et Sallustius appellantur imagines Ciceronis et Sallustii, Cherubini quoque cælestium potestatum factæ ex metallo imagines. Addunt alii solere Scripturam non quod ipsa sentit, sed juxta affectum eorum de quibus loquitur, sermonem instituere, ut I Cor. viii, dicit deos esse multos et Dominos multos: et ita exponit Pauli locum Cyrillus lib. i, contra Julianum ex II, Corinth. iv: *Deus hujus sæculi*. In eandem sententiam profert et sequentem locum de Balaam Numer. xxi, 18. Basiliius epist. 80: Ἀλλὰ καὶ ὁ Βαλαάμ ὀλιωτικῆς τις ὦν καὶ μάντις καὶ διὰ χειρὸς τὰ μαντεῖα φέρων, καθὼς φησὶν ἡ Γραφή. Cæterum hic apparet similis memoriæ lapsus in Basilio ei quem notavimus in ejus fratre Nysseo libro *De vita Moysi*, quem et reperies in *Catena in Pentateuchum* interprete Zephyro, ubi dicit in manibus habuisse Balaam vaticinia vel certe τὰ μαντεῖα διὰ χειρὸς ἔχειν, cum legamus Numer. xxi, 7: Ἐπορεύθη γερουσία, καὶ τὰ μαντεῖα ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν. *Profecti sunt senatores Moab et Madian, et divinationes in manibus eorum*; non Balaam, sed senatores illas habuisse, ait, hoc eat pretia divinationis. Augustinus autem Quæst. 48, in Numer. veri Dei mandato prohibuitur ait. Alii putant Balaam solum consulere dæmones, sed iis fugatis præter morem illi Deum apparuisse; sic Theodoretus Quæst. 4. in Numer.

Col. 114 A. *Carnes porrigent*. Græco erat μεμασμένων αὐτῶ προήγον ἄτρον, cum forte legendum sit προήγον, ut ad corvos referatur, quibus præcipit Deus, ut Eliam pascerent. III. Reg. xvii, 4, Nisi de Deo ipso malis intelligi προήγον carnes

porrigeret, corvorum scilicet ministerio. Porro quod ait porrectos fuisse panes quidem mane, vespere autem carnes, non satis explicatur illa ætiologia, quod iis qui incipiunt perfectioribus sit opus, aut solido cibo: nam rudioribus opus esse ait lacte Paulus Hebr. v, 13, perfectorum autem esse solidum cibum. Itaque videtur ὑπουλος hic locus et mendi suspectus, sic ut alterius manuscripti opem impleret.

Ibid. C. Non simpliciter angelum. Principem transgressorum angelorum sive dæmonum, nonnulli recentiores, nescio qua de causa, tanquam proprio nomine Luciferum vocant, cum Isaïæ xiv, sub figura principis Babylonis comparatione sumpta a stella Lucifero casus ipsius describatur; alii Sathaelem, ut auctor Homil. 3 in *Genesim*, quæ Chrysostomo perperam tribuitur; alii Leviathan ut Albulensis *Quæst.* 62 in xii. *Matthæi* vocant; a Scriptura vero Diabolus dicitur; sed principem eum fuisse terrestrium vel mundanorum angelorum, quibus terræ custodia commissa erat, non cœlestium, existimarunt veteres quidam theologi, ut docet Augustinus lib. iii. *De Genesi ad litteram* cap. 10 et 11, cap. 19, et Joan. Damascenus lib. ii, *De fide* cap. 4, Tertullianus tamen contra, lib. ii, *adversus Marcionem* cap. 10, scribit eum editum fuisse omnium sapientissimum; *Et in persona*, inquit, *principis Sor ad diabolum pronuntiatur ab Ezechiele: Tu es signaculum similitudinis, corona decoris:*

Hoc ut eminentissimo angelorum, ut archangelo, ut sapientissimo omnium. Origenes Tract. 9 in *Matth.* explicans illud, *Novissimi primi*, dicit eum fuisse primum, quando incedebat immaculatus in omnibus viis suis, et factum novissimum, cum in infernum descendit: et in eandem sententiam trahunt quidam Augustinum lib. xi. *De Genesi ad lit.* cap. 15, Cum tamen ibi tantum dicat eum præcessisse alios angelos temporis antiquitate et principatu malitiæ, sed apertius hanc opinionem tuetur Gregorius papa Homil. 34, in *Evangelia*, et D. Thomas i, parte *Quæst.* 63, artic. 7; Augustinus lib. iii, *De Genesi*, archangelum illum fuisse docet, ut et apud Judam apostolum vers. 9, Michael archangelus appellatur, quem tamen probabile est ad supremum chorum angelorum pertinuisse, cum adversus draconem pugnavit, Apocalyps. xii, 7; et princeps Ecclesiæ Christianæ credatur, ut fuit olim Synagoga Daniel x. Licet igitur Dionysius Areopag. *De cœlesti hierarchia*, cap. 6, archangelos non in prima, sed in tertia, hierarchia collocet inferiores principatibus, recte tamen admonent theologi nomina imposita a dono, aut re alias communi omnibus aut pluribus angelis, aliquando in ampliori significatione sumpta usurpari ad significandos angelos alterius chori: ita licet Michael, et princeps dæmonum fuerint ex ordine primo primæ hierarchiæ, archangeli tamen vocantur, quod nomen illud principatum inter angelos sonet.

IN LIBROS CONTRA EUNOMIUM.

Varias restitutiones quas ex codice Boico dederat Jac. Gretserus, textui subjecimus.

Πίναξ τῶν κατὰ Εὐνομίου ἀντιφρητικῶν λόγων ἰσ̄ Γρηγορίου τοῦ Νύσσης, ὡς αἱ ἀρχαὶ αἰδε.

Ordo et dispositio xii librorum Gregorii Nysseni contra Eunomium, quorum hæc sunt initia.

A'. Τοῦ πρώτου.	Οὐκ ἦν, ὡς εἶπε, πάντα σε θέλει εὐεργετεῖν.	I.
B'. Τοῦ δευτέρου.	Ἡ τῶν Χριστιανῶν πίστις εἰς πάντα ἐβη.	II.
Γ'. Τοῦ τρίτου.	Εἰ τῶ νομικῶς ἀθλοῦντι.	III.
Δ'. Τοῦ τετάρτου.	Καιρὸς δ' ἂν εἴη καὶ τὴν περὶ τοῦ γεννήματος φυσιολογίαν.	IV.
Ε'. Τοῦ πέμπτου.	Περὶ δὲ τῆς Πέτρου τοῦ ἀποστόλου φωνῆς.	V.
ΣΤ'. Τοῦ ἕκτου.	Ἄλλ' αἰσθάνομαι πέρα τοῦ δέοντος.	VI.
Z'. Τοῦ ἑβδόμου.	Ἐπεὶ δὲ φησι τὴν κυρίως λέξιν.	VII.
H'. Τοῦ ὀγδόου.	Τὰ μὲν ἰσχυρὰ τῶν ἀνομοιωτῶν αὐτῶν.	VIII.
Θ'. Τοῦ ἑννάτου.	Ἄλλ' ἐπὶ τοὺς ὑψηλοτέρους μετέρχεται λόγους.	IX.
I'. Τοῦ δεκάτου.	Ἄλλὰ τῶν προκειμένων ἐχώμεθα.	X.
IA'. Τοῦ ἑνδεκάτου.	Ἄλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἐφεξῆς.	XI.
IB'. Τοῦ δωδεκάτου.	Ἄλλ' ἴδωμεν καὶ τὸ ἐκ τοῦ ἀκολούθου.	XII.

Ex hoc Elencho librorum adversus Eunomium constat duodecim numero esse libros a beato Gregorio Nysseno *adversus Eunomium* conscriptos. Quod aulem Joannes Cyprisissiotus tredecim numerat, inde fortasse occasionem habet, quod in quibusdam codicibus manuscriptoris, cujusmodi fuit ille V. C. Francisci Pitheoi, ex quo editio Parisiensis Græcum textum expressit, undecim tantum reperirentur: qui ut duodenarium numerum explerent, undecimus in duas partes divisus est: ac deinde præfixus liber primus, aliis duodecim est aggregatus, atque ita tredecim libri sunt reperti. Cæterum suffragatur huic Elencho Vaticanis codicibus synodus

V l. œcumenica actione 10, pag. 416 edit. Romanæ initium libri i, *contra Eunomium* sic efferens: *Ἐξ τῶν κατὰ Εὐνομίου κεφαλαίων*: Οὐκ ἦν, ὡς εἶπεν. Item actione 4, pag. 59, citatur ex libro ii. *contra Eunomium*: Πῶς ὁ Κύριος τὸν κόσμον ἑαυτῷ καταλάσσω, quæ offendens pag. 56, editionis Græcolatinæ tomo ii. Gregorii, libro primo: unde liquet non primum, sed secundum a primo, quem Appendix ista exhibet, esse librum illum numerandum. Synodus vero Lateranensis sub Martino i, pag. 4108 edit. Coloniensis nuperæ citat ex sermone 4 *contra Eunomium*: *Sicut enim non est proprietates*: qui locus est in editione Græcolat. Nysseni pag.

165: 'Ὡς οὐκ ἔστι τὰ τῆς σαρκὸς ἰδιώματα τῷ ἐν ἀρχῇ ὄντι ἐπιθεωρηθῆναι λόγῳ. Ac proinde liber ille qui incipit, 'Ἄλλ' αἰσθάνομαι, non quintus, sed quartus esset: verum emendandus potius Latine synodi numerus videtur, cum in eadem sexta œcumenica actione 10, pag. 126 editionis Romanæ proferatur locus alter: 'Ἐκ τοῦ κατὰ Εὐνομίου πέμπτου, οὗ ἡ ἀρχή. Περὶ δὲ τῆς Πέτρου τοῦ ἀποστόλου φωνῆς. Ὁ ἄγιος πρὸ αἰῶνων ἦν, ἡ σὰρξ δὲ ἐπ' ἐσχάτων, quem habes pag. 161. apud Nyssenium libro quarto, qui numerandus est potius quintus, ut in Elencho Vaticano. Postremo in eadem synodo

sexta actione 10, citatur locus ἐκ τοῦ κατὰ Εὐνομίου τόμου 1β· οὗ ἡ ἀρχή· 'Ἄλλ' ἰδομεν, καὶ τὸ ἐκ τοῦ ἀκολουθοῦ ἔχουσα οὕτως. Τέως δὲ μαθεῖν ἄξιον. Et idem initium dat libro *contra Eunomium* duodecimo Elenchus hic Vaticanus: quem Græco-Latina editio undecimum indigant pag. 280, ubi et idem ille locus exhibetur cap. 10, τῶς δὲ μαθεῖν ἄξιον.

Vel ab hoc numero et computo differet codex Bavaricus, nisi quod quintum librum non dividit in duos, quo fit ut qui codici illi est sextus, sit septimus, et ita deinceps uno semper numero ordo noster Bavaricum codicem anteverit.

—

Quotnam S. Gregorius Nyssenus libros contra Eunomium scripserit.

—

Alii aiunt duodecim: quot scilicet Bavaricus codex continet; alii tredecim, quot in Livineii codice nominantur: nam qui Bavarico codici duodecimus est, is Livineiano est tertius decimus, cujus initium: Τὰ μὲν δὴ πρῶτα τῶν πρὸς Εὐνόμιον ἀγώνων. Causa diversitatis est, quia codex Livineii et editio Parisiensis librum quintum, cujus initium est: Περὶ δὲ τῆς Πέτρου τοῦ ἀποστόλου φωνῆς, dividunt in duos, sexti libri initio ducto ab illis verbis: 'Ἄλλ' αἰσθάνομαι πέρα τοῦ δέοντος ἐμφιλοχωρήσας τῷ τόπῳ. Quem Bavaricus non dividit, sexti libri initio sumpto ab eo, qui aliis est septimus, cujus exordium: Ἐπεὶ δὲ φησι, τὴν κυρίως λέξιν τῆς οὐσίας. Ex hac ergo libri quinti divisione, necessario tredecim libri conflantur. Et ut in posterum omnis occasio dubitandi vel hallucinandi amputetur, prima singulorum librorum verba ascribam: editio enim Parisiensis rectam numeri rationem non iniiit. Nam cum libro primo omisso, posuerit pro primo secundum, necessario in numero errandum fuit, donec tandem divisione libri ejus, qui nobis est quintus, omissionem primi libri supplevit, et quinto libro ab illis verbis inchoato: 'Ἄλλ' αἰσθάνομαι πέρα τοῦ δέοντος. Tandem cum Codice Bavarico in sexto libro, cujus initium: Ἐπεὶ δὲ φησι τὴν κυρίως λέξιν, concurrat.

In codice doctissimi viri Joannis Livineii, quem ex Antwerp. huc ad me misit Andr. Schottus Soc. nostræ, deerant lib. i et ii. Utrumque sua manu ex Vatic. exemplar. describere aggressus fuerat anno 1579, prout ipse in suo apographo adnotavit: sed tetum primum librum non absolverat, nescio quo casu impeditus. Certe quæ descripsit, non tantum accuratissime, sed et elegantissime descripsit, ita ut manus ejus prope ad venustatem fusillum typorum Græcicorum, et quidem non vulgarium ac-

cedat. Sed audiam ipsa doctissimi et vita longiore dignissimi verba: *Descriptis Romæ ex codice Vaticano; in quo duodecim duntaxat legebantur, et cum altero exemplari, in quo erant orationes tredecim contuli anno 1579.* Hæc ille. Causam diversitatis in numero jam aperuimus.

Annotavit idem Livineius horum librorum duplicem inscriptionem: quarum prima sic habet: Τῶν ἐκδοθέντων παρ' Εὐνομίου δύο λόγων μετὰ τὴν κοίμησιν τοῦ ἁγίου Βασιλείου ἀντιρρητικὸς εἰς πρῶτον τοῦ ἁγίου Γρηγορίου ἐπισκόπου Νύσσης. Altera est ista: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὶς ἡμῶν Γρηγορίου ἐπισκόπου Νύσσης λόγος ἀντιρρητικὸς κατὰ τοῦ δυσσεβοῦς Εὐνομίου εἰς τοὺς ἐκδοθέντας παρ' αὐτοῦ δύο λόγους μετὰ τὴν κοίμησιν τοῦ ἁγίου Βασιλείου. Photius tres libellos adversus S. Basilium jam mortuum ab Eunomio evulgatos dicit. Sed inscriptiones istæ et ipse adeo Nyssenus duos tantum libros fuisse indicant. Itaque duodecim Nysseni libri, prout nos numerum inimus, refutationem primi libri Eunomiani continent: liber decimus tertius secundum librum Eunomianum refutat, ut ex titulo et primo ingressu ipsius libri liquet.

In apographo sæpius jam nominati doctissimi, et laboriosissimi Livineii reperi etiam epistolam S. Gregorii Nysseni, ad Petrum fratrem suum episcopum Sebastenum, et alteram Petri ad Gregorium; utraque deerat in codice Bavarico ut et Summaria Græca singulorum librorum, quæ idem Livineii apographum suppeditavit. Utraque Epistola ad hoc opus pertinet: cum Nysseni Epistola totum Petro fratri dedicet; quorum in S. Basilium fratrem admirabilis observantia in primis observanda est qui eum non aliter, quam *Patrem, doctorem, et magistrum* nominant, imitabili fraternæ concordia et charitatis exemplo.

IN EPISTOLAM AD THEOPHILUM

ADVERSUS APOLLINAREM.

—

Adversus Apollinarem hæreticum scripsisse quondam Gregorium Nyssenium discimus ex eo loco Synodi v œcumenicæ collatione 5, fol. 550 et 542, edition. Colonien., in quo hæc epistolæ istius verba proferuntur: *Qui Apollinarius dogmatibus, etc., usque ad illa, neque predicari, quæ reperies hujus voluminis col. 1271. itemq. apud Euthymium tit. 15. Panopliæ.* Accedit Joannes Cyparissiota qui de cædis vi, c. 6, ostendens omnes luminis divini apparitiones personæ unius Filii Dei effectus esse, atque

rum ejusdem epistolæ locum subjicit, *Neque enim, inquit, quia auctor sæculorum novis inis diebus visus est... Non enim propterea quod in novissimis diebus.* Exscripsimus eam ex codice manuscripto Ægidii Davidis I. C. Parisiensis, atque ante annos novem ad Davidem Sartorium misimus Latinitate donatam; cum nondum nobis innotuisset in lucem editam jam eam fuisse Græce tantum Lugduni Bataavorum. Itaque Latine tantum ab eo cum aliis quatuor Nysseni opusculis Græcolatinis est publici ju-

ris facta, Ingotstadii an. 1596. Addidimus et duo fragmenta ex alio Nysseni opere adversus eundem Apollinarem, quorum unius sententia propemodum est eadem, quæ illius apud Euthymium tit. 13, pag. 526, edit. Lugdunens. *Quamobrem sic lux a sole splendens cognationem habet cum sole, et hominis figura substantiam declarat humanam: sic enim habet: Ut enim radius cognationem habet cum sole et cum lucerna lumen, etc.* Scripsit et Anathematis-mos contra Apollinarem Gregorius Nazianzenus, et Basilius Nysseni frater epistola sua 74 Damasum Papam rogavit, ut eum damnaret, quod et in Romana Synodo fecit circa an. 373.

Col. 1270 B. *Non secularis.* In edit. Lugdunensi Raphael. legitur οὐ μόνος ἐστὶ, in codice quo usi sumus οὐ μόνον. Porro floruisse quondam Alexandriæ studia disciplinarum testatur etiam in Vita Gregorii Thaumaturgi noster auctor, cum ait in magnam Alexandri urbem ex omnibus regionibus philosophiæ ac medicinæ studiosam juventutem confluisse, atque Ammianus Marcellinus, dum scribit medicis ad commendandam artis auctoritatem suffocasse, si dicerent se Alexandriæ eruditos, tanta erat loci dignitas et æstimatio, ut et κατὰ ἐξοχὴν nuncuparetur πόλις, id est civitas, sicut ἄστυ dicebantur Athenæ peculiari ratione, ideoque Apuleius eruditos appellat Ægyptios. Euseb. quoq. l. v. Hist., c. 10, Pantænium tradit Stoicorum disciplina institutum et omni humaniori litteratura præstantem institutioni Christianorum præfectum fuisse, quo in loco consuetudine ab antiquis temporibus ducta sacrarum Litterarum schola habebatur. Pantæni discipulus fuit Clemens Alex., ut idem addit c. 11 et Clementis Origenes, qui et ipsi successit in eo munere, ut Hieronymus auctor est epist. 65.

Ibid. B. *Plus repætent.* In cod. ms. scriptum erat ἀπαιτηθήσεται, rectius quam in Lugd. ἀπαιτήσεται, plus repætetur ab eo; at 12, 48, περισσότερον αἰτήσουσιν αὐτόν. Paulo post, *res ea foret*, in cod. ms. deerat adverbium ἐμφανῶς, quod exhibet editio Lugd. *res ea procul dubio foret.* Usus est autem verbis Psalmi ciii, vers. 55: *Deficiant peccatores a terra et iniqui, ita ut non sint.*

Col. 1271 B. *Tua in Christo.* Vitiose legebatur in cod. ms. et in Lugd. τὴν σὴν εὐχῶν τελειότητα· corrigendum τὴν σὴν ἐν Χριστῷ τελειότητα, ut constat ex cod. B. varico et ex interprete Synodi 5, collat. 5: sic in hac ipsa epistola pag. 266 b: Ζητούμεν δὲ παρὰ τῆς σῆς ἐν Χριστῷ τελειότη-

τος· *A tua in Christo perfectione exigitur.* Jamenim tum invaluerat hic mos abstractis ejusmodi, ut vocant, utendi cum honorifica compellatione quadam, ut in epist. de Pythonissa, *Ad tuam reverentiam transmittemus*, Ἀποστελοῦμεν σὴ τῆ τιμιότητι, et apud Nazianzenum epist. 136: Ἐπόθου προσειπεῖν σου τὴν τιμιότητα: *Præstantiam tuam salutandi desiderio tenebar*, et 147: Γινώσκω τὴν σὴν τιμιότητα: *Excellentiam tuam cognitam habeo*, et 179: Αἰσχύνομαι κατηγορεῖν ἐπὶ τῆς σῆς ὀρθότητος: *Pudet apud tuam integritatem accusare*, et 87: Τὰ μὲν οὖν περὶ τῆς σῆς εὐλαβείας τοιαῦτα: *Atque ista quidem de tua pietate.*

Ibid. *Eorum occasiones.* Ne cui forte videatur inepta hujus vocis repetitio, notandum est hac uti locutione solere Scripturæm προφάσεις ζητεῖν: Proverb. xviii, 1: Προφάσεις ζητεῖ ἄνηρ βουλόμενος χωρίζεσθαι ἀπὸ φίλων· *Occasionem querit, qui vult ab amicis separari.* Daniel. xvi, 4: Οἱ σατράπαι ἐζήτουν πρόφασιν εὐρεῖν κατὰ Δανιήλ· *Satrapæ quærebant invenire occasionem contra Danielelem*, IV Reg. v, 7: Ἴδετε, ὅτι προφασίζεσθε· *Videte, quia occasionem querit.* Deuteron. xxi, 14: Καὶ ἐπιθήσεται ἡ προφασιστικὸς λόγος· *Et imposuerit illi occasionis verba.* Itaque usus voce ex veteri Testamento deprompta rursus contrariam opponit ex novo ἐκκλῆσαι ἀφορμάς, ex Apostolo II Cor. ii, 12: Ἴνα ἐκκλῆσω τὴν ἀφορμὴν τῶν θελώντων ἀφορμῆν· *Ut amputem occasionem eorum, qui volunt occasionem.*

Col. 1274 B. *Caliginem ingredi.* Sicut scriptum est Exodi xx, 21: *Moyse autem accessit ad caliginem, in qua erat Deus.* Ita et in lib. de Vita Mosis auctor noster: Τί δὲ δὴ βούλεται τὸ ἐντὸς τοῦ γνόφου γενέσθαι τὸν Μωϋσέα; *Quid autem significat, quod in caliginem se ipsum prius Moyseis intromisit?*

Ibid. C. *Sponsum deseruisset.* Corrigenda est edit. Lugd. in qua legitur pag. 172, ἀποστάσης αὐτῆς τοῦ ἀγαθοῦ, ex cod. ms. διὰ τὸ ἀποστᾶται αὐτὴν τοῦ ἀγαθοῦ νομφίου καὶ τῷ διὰ κακίας, ita in epist. de Pythonissa, ὡς τὰ ἀποστάντας τοῦ ἀνθρώπου τοῦ Θεοῦ προσέχειν τῇ θεραπείᾳ τῶν δαιμόνων.

Col. 1275 B. *Nos enim naturam.* Exscripsit hunc locum Euthymius tit 15 Panopliæ suæ, cujus interpretæ ista sic effert pag. 524: *Nos autem naturam quidem humanam Verbo conjunctam servatam esse ex mysterio didicimus, et credimus. Dei autem Verbum ex carne constare, et privatim in seipso vivere neque didicimus, neque, unde id colligi possit, intellegimus.*

PHILADELPHIA
UNIVERSITY LIBRARY

ORDO RERUM

QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

ORATIO CATECHETICA MAGNA, in XI. capita divisa.	9	Lib. V.	678
DE PYTHONISSA, epistola ad Theodosium episcopum.	110	Lib. VI.	709
QUOD NON SINT TRES DII.	113	Lib. VII.	738
DE FIDE.	135	Lib. VIII.	766
CONTRA FATUM.	143	Lib. IX.	799
TRACTATUS ADVERSUS GRÆCOS.	175	Lib. X.	826
DE ANIMA.	187	Lib. XI.	851
EPISTOLA CANONICA.	222	Lib. XII (pars I.)	885
EPISTOLA S. Gregorii ad Petrum Sebastenum	237	Lib. XII (pars altera).	910
EPISTOLA S. Petri Sebasteni ad S. Gregorium fratrem suum.	241	ADVERSUS APOLLINAREM.	1123
CONTRA EUNOMIUM libri duodecim.	245	ADVERSUS EUMDIUM.	1270
Lib. I.	247	ADVERSUS ARIUM ET SABELLIUM.	1281
Lib. II.	463	CONTRA MACEDONIANOS.	1501
Lib. III.	571	VARIORUM NOTÆ.	1535
Lib. IV.	615	In Orat onem catechetica.	1538
		In Ep. de Pythonissa.	1548
		In libros contra Eunomium.	1550
		In Epist. ad Theophilum adv. Apollinarem.	1552

FINIS TOMI QUADRAGESIMI QUINTI.



3 2044 073 501 876

THIS VOLUME
DOES NOT CIRCULATE
OUTSIDE THE LIBRARY





Это цифровая копия книги, хранящейся для потомков на библиотечных полках, прежде чем ее отсканировали сотрудники компании Google в рамках проекта, цель которого - сделать книги со всего мира доступными через Интернет.

Прошло достаточно много времени для того, чтобы срок действия авторских прав на эту книгу истек, и она перешла в свободный доступ. Книга переходит в свободный доступ, если на нее не были отданы авторские права или срок действия авторских прав истек. Переход книги в свободный доступ в разных странах осуществляется по-разному. Книги, перешедшие в свободный доступ, это наш ключ к прошлому, к богатствам истории и культуры, а также к знаниям, которые часто трудно найти.

В этом файле сохранятся все пометки, примечания и другие записи, существующие в оригинальном издании, как минимум о том долгом пути, который книга прошла от издателя до библиотеки и в конечном итоге до Вас.

Правила использования

Компания Google гордится тем, что сотрудничает с библиотеками, чтобы перевести книги, перешедшие в свободный доступ, в цифровой формат и сделать их широкодоступными. Книги, перешедшие в свободный доступ, принадлежат обществу, а мы лишь хранители этого достояния. Тем не менее, эти книги достаточно дорого стоят, поэтому, чтобы и в дальнейшем предоставлять этот ресурс, мы предприняли некоторые действия, предотвращающие коммерческое использование книг, в том числе установив технические ограничения на автоматические запросы.

Мы также просим Вас о следующем.

- Не используйте файлы в коммерческих целях.
Мы разработали программу Поиск книг Google для всех пользователей, поэтому используйте эти файлы только в личных, некоммерческих целях.
- Не отправляйте автоматические запросы.
Не отправляйте в систему Google автоматические запросы любого вида. Если Вы занимаетесь изучением систем машинного перевода, оптического распознавания символов или других областей, где доступ к большому количеству текста может оказаться полезным, свяжитесь с нами. Для этих целей мы рекомендуем использовать материалы, перешедшие в свободный доступ.
- Не удаляйте атрибуты Google.
В каждом файле есть "водяной знак" Google. Он позволяет пользователям узнать об этом проекте и помогает им найти дополнительные материалы при помощи программы Поиск книг Google. Не удаляйте его.
- Делайте это законно.
Независимо от того, что Вы используете, не забудьте проверить законность своих действий, за которые Вы несете полную ответственность. Не думайте, что если книга перешла в свободный доступ в США, то ее на этом основании могут использовать читатели из других стран. Условия для перехода книги в свободный доступ в разных странах различны, поэтому нет единых правил, позволяющих определить, можно ли в определенном случае использовать определенную книгу. Не думайте, что если книга появилась в Поиске книг Google, то ее можно использовать как угодно и где угодно. Наказание за нарушение авторских прав может быть очень серьезным.

О программе Поиск книг Google

Миссия Google состоит в том, чтобы организовать мировую информацию и сделать ее всесторонне доступной и полезной. Программа Поиск книг Google помогает пользователям найти книги со всего мира, а авторам и издателям - новых читателей. Полнотекстовый поиск по этой книге можно выполнить на странице <http://books.google.com/>



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>